34-3-2-V 532
15

FRANCISCI ZOAN-
netti Iu. Vt. Doctoris & in celeber-
rimo Ingolſtadienſi Gymna-
ſio ordinarij legum Pro-
feſſoris Primarij
Repetitio

in

.L. 2. C. de pact. inter empt. & uendit.

Cui & noua addita eſt tractatio,

de

VENATIONE GER-
MANICA.

cognitione & uſu perneceſſaria.

INGOLSTADII EX OFFICI-
na Alexandri & Samuelis
Vueiſſenbornij.

Anno Domini. M. D. LVI.
Menſe Aprili.

I
533

Magnifico, Nobili, & doctiſsimo uiro

DOMINO VVIGV LEOHVNDT DE LAVT- *terpach legum Doctori celeberrimo, & Illuſtriſſimi ac optimi Principis Alberti utriusq; Bauariæ Ducis &c. Conſiliario Primario, Domino & Patrono ſuo ſingulari*

Franciſcus Zoannettus S.

CVm proximis diebus, Magnifice uir, quibus ad exornandam meliusq; inſtituendam almam hanc Vniuerſitatem, tuæ præſertim fidei commiſſam, unà cum alijs præſtantibus ac pijs uiris huc Illuſtriſſimi Principis nutu ueniſſes, interpretarer tum fortè fortuna celebre illud Cæſaris Reſcriptum, quo retrouendendi pactiones ratas eſſe decernitur: meam in illo explicationem, cuius tecum aliquoties meminerim, & ſi non (uera equidem loquor) præclaram, quæ tamen nec in tuo nec in communi Reipublicæ penuario hactenus fuerit, tibi uiro de Republica optimè merito, excellentiq; legum & bonarum artium eruditione longè clariſſimo offerre ſtatui. Tu porrò is unus in tota Germania es, qui cũ Georgio illo Sigiſmundo Seldio, ſummi iudicij ſummæq; probitatis uiro, inſigni uirtute ornatiſſimo, ac doctiſſimo Iureconſulto, uniuerſaq; in Republica apud Cæſarē adminiſtranda excellentiſſimo, probitate, ſapientia, & eruditione queas non immerito certare. Quum uos olim namq; par ætas ac eadem ſtudiorum uoluntas ab adoleſcentia usq; coniunxit, ſingularis tum quoq; uirtus ad Rempublicam moderandam magno cum Germaniæ uſu breui demum prouexit. Cui igitur melius, ac tibi, qui uir cum magnis magnus honore & immortali gloria facilè contendis, noſtri hæc chariſſima laboris pignora commendari poſſint, ſcio ipſe neminem. Sic planè Saluius Iulianus Vrſeio & Minutio, Iabolenus Plautio, Paulus & Vlpianus Sabino, Pomponius Quinto Mutio, uiris eo ſæculo excellentibus, quæ partim inter ſtudendum partim inter profitendum Iuriſprudentiæ theſauris recondere uoluerunt, prius legenda ſeorſim illa plærunq; miſerunt. Quamquam autem ego in legali diſciplina Pauli, Vlpiani, idq; genus conſpicuorum Iuriſconſultorum, à quibus ingenij mei paruitas longiſſimè ſemper abfuit, indolem referre nec poſſim nec ſperem: uirtus te tamen (abſit iactantia uerbis) cum pietate tua non minus hoc Chriſti æuo in Germania cumulatiſſime commendat, quàm illo Sabinum, Quintum Mutium, & horum ſimiles in urbe gloria affatim extulit. De noſtris igitur ſcriptis iudicium tibi liberum eſto. Expunge, adde, immuta utlibet illa. Quod dixeris, quodq; cenſueris, id mihi charum atq; perpetuum erit quidem futurum. Operæprecium enim facturus uidebar, ſi præſtantiſſimo iudicio tuo prælectionem huius Auguſtalis Reſcripti moderandam exhibuiſſem, exhibitamq; nomini tuo dicaſſem. Vt qui iam florentiſſimam hanc in tota Germania Academiam tua

miam tua pietate & ſtudio auxeris, magnoq; ſplendore illuſtraueris: meas identidem perexiguas lucubrationes ea, qua polles, magna authoritate longè meliores reddere poſsis. In his plures ab ipſarum initijs, ut aiunt, quæſtiones in foro iudiciali, huius Clariſsimæ Germaniæ præſertim, uſitatiſsimas accuratè repetij. Quæ quum á paucis alioqui examinentur, uti etiam ſæpè fit, non optime ſemper ab illis definiuntur. Quibus poſtremo quid de uenatione Germanica ſentiam, quidq; primus omnium Dominus Vdalricus Zaſius uir egregiè doctus de illa (ſed ut reor non ubiq; feliciter) ſcripſerit, eo conſilio adiunxi: quô aliud nihil mea iſta ſcriptio habeat, niſi quod prorſus Germaniæ, quæ mihi octo annos hoſpitium in Bauaria honeſtiſsimum præbuit, commodum uſumq; cotidianum referat redoleatq;. Hæc igitur mei in te amoris ac obſeruantiæ certiſsima teſtimonia ſuſcipe. In quibus & ſi minus, quám mediocritatem, offendes (offendes ſanè minus) exuberans nihilominus tamen de Germanica iuuentute benemerendi ſtudium ubertim dignoſces. Illa eadem, ſi uel typis etiam procudenda tibi uidebuntur, iudicium de ipſis tuum non effugient. Licet enim probauerim nunquám illud imprimendi libros artificium, aut certè, ſi mauis, nimiam eius licentiam: utpotè non poſtremam Romani Imperij perniciem: attamen quó tanta librorum lues multos ante annos inauſpicato cœpta ſuo ſemel pondere citius tandem ruat, non inuitus aliquid calcographis illis excudendum dari & ipſe quandoq; uidi. Verùm nè aliter forte, atquè ipſe existimem, librorum iſtam exprobrationem á me accipias, pauca de ſenſu meo in hanc librorum artem pro re nata obiter ſubijciam. Agnoſco equidem lubens & fateor æq;, inuentum illud breuiſsimè conflandi ingentia librorum uolumina acutum eſſe & mirificum, quod nec magna laude & publico uſu, propter authores bonos præſertim ex obſcuro in lucem reuocatos, carere poſſet: niſi ex eo indies opificio mala quámplurima & ceu ex altero monte Aetna uoraces flammas gigni atq; prodire in Chriſtianum orbem, aut debacchari grauiſsimè cerneremus. Id malum an librariorum quoquè immodica libidine, uel ſcriptorum, qui materiam facilè ſuppeditant, nimia laudis cupiditate, aut leni Principum conniuentia per eam imprimendi artem excitetur, confirmetur, & inualeſcat, non ſat ſcio. Illo autem inſtrumento ad euertendam Rempublicam nihil fermè aptius, quia blandum & familiare, nihil propemodum acrius, quoniam uniuerſale, eſſe intelligo. Quid obſecro calamitoſius homini Chriſtiano accidere poteſt, quám multitudine librorum & uarietate opinionum in omni diſciplinarum genere ita obrui, ut quid amplexandum ſit quiduè tenendum nunquám certó intelligat? Profeſſorem confertis utrinq; argumentis de plurimis diſputando (ſicut Herennius Modeſtinus & Arcadius Iuriſconſulti ſcribunt) docere decet: diſputatas uerò quæſtiones paſsim euulgare propter illos, qui de ore profitentis non audierunt, prorſus dedecet. Probatiſsimorum authorum ac librorum certa quædam & honeſta uarietas ad formandum lectoris animum atq; decorandum utilis eſt, & apprimè neceſſaria: immodica uerò

ac inſi-

ac infinita uoluminum congeries rem cuiuſquè familiarem exhaurit, ac parietes cubiculorum tantiſper contegit. Quo plures quippè libri, quo effuſa diſcendi copia maior, hoc tanto pauciores (teſtante experientia) euadunt docti. Faſtidit homines librorum portentoſa moles, & nimius uoluminum cumulus, uariarumq; opinionum Labyrinthus a lectione ſummouet: ut ſæpe quidem ſtomachis, ſic ingenijs, nauſea ꝙ fames (ut ille ait) noceat. Hinc cernere eſt, quòd ſuperior ætas præſtantioribus ſemper uiris, quibus pauci uel nulli (quos ego ſciam) poſt adinuentam impræſſoriam artem prorſus comparari poſſint, in omnibus Muſarum ſtudijs copioſiſſimè floruit. Enimuerò homines has ſui erroris luere pœnas, ſuſquè dequè forſitan ferendum eſſet: ni & ob id etiam grauiora totam Rempublicam manerent ulcera. Sed de his alibi plura explicatius. Vale interim, Vir Præſtantiſſime, decus & ſplendor patriæ tuæ Germaniæ: meq; ut facis, dilige. Ingolſtadio Calendis Ianuarij. Anno Domini noſtri M. D. LVI.

SVMMARIVM.

1 ALexandri Cæſaris laus ſumma.

2 Legem iſtam magno conſilio & prudentia latam.

3 Pactū retrouendēdi à temporibus uſq; Veſpaſiani in orbe Romano uſitatū fuiſſe.

4 Conditionem poteſtatiuam non tranſire ad hæredes, quando illorum mentio non eſt facta in diſpoſitione.

5 Rationem dubitandi duplicem in hac lege.

6 Pactum, de re empta reſtituenda ad utriuſq; contrahentium hæredes, quorum nulla ſit facta mentio, tranſire.

7 Cedi pactum de retrouendendo an alteri poſſit, uſq; ad numerum, 25. 26.

8 Alienationem rerum prohibitam non pertinere ad alienationes, quæ fiunt ex neceſſitate: ſiue à ſtatuto, ſiue à iure communi, aut magiſtratu, uel teſtatore prohibitio ſit.

9 Cedi alteri ius competens de iure ſpeciali nō poſſe: cum limitatione tamen inſigni.

10 Ceſsionem iurium non poſſe in alterius culdens præiudicium fieri.

11 Cedi ius magiſtratui uel aliĳ potentiori contra alium non licere.

12 Cedi iua non poſſe, quod cohæreat duntaxat perſonæ unius.

13 Vaſallum ex iuramento fidelitatis non obligari opem ferre domino contra ipſius Vaſalli filium.

14 Prohibitum alienare in potentiorem, non prohiberi in filium potentiorem diſtrahere, & quomodo procedat. nū. 22.

15 Legatione qui funguntur, non alios regulariter, ac proprios filios, poſſe uicarios ſibi conſtituere, & quis eius rei ſit effectua nū. 23.

16 Electionem uni competentem in alterum non transferri.

17 Accipere uel offerri quid ab uno potius, quàm ab alio, noſtra referre.

18 Profiteri aut docere per ſubſtitutum, an & quando cui ſit integrum: regulariter autem nemini.

19 Filios ex iniuria parenti illata non minus, ac parentem lædi.

20 Agnationem totam iniuria adfici ex ignominia uni agnatorum irrogata.

21 Patris perſonam non eſſe eandem cum perſona filĳ, niſi fictè.

24 Ceſsionarium utiles actiones aduerſus debitorem ſuo nomine mouere.

26 Regulam qui habet pro ſe, iure certo niti & nū. 77.

27 Quandocunq;, dictionem nullo temporis termino incluſam uideri. & nū. 35

28 Præſcribi nō poſſit pacto de retrouendēdo quandocunq;: quod non, habes nū 33.

29 Verba contrahentium interpræetari ſecundum naturam contractua.

30 Crotum olim inter Germaniæ nobiles cōſuluiſſe, pacto de retrouendendo quandocunq;, nullo tempore præſcribi: ſed eius rationes inefficaces omnes.

31 Conditionem fieri per illas præpoſitiones, Si, & cum.

32 Contrariĳs non reſpondere conſulendo, non tam eſſe inſignem.

33 Pacto de retrouendendo quandocunq;, nullo tempore præſcribi.

34 In æternum, in perpetuum, & ſimiles dictiones, quantum inuicem diſtent

35 Quandocunq;, in perpetuum, & ſimiles dictiones in materia tranſitoria ad hæredes, ſine ullo fine conſtant.

36 Quandocunq;, dictioni uim repetitionis uſq; in infinitum ineſſe.

37 Præſcribi ſimplici pacto de retrouendendo annis. 30.

38 Præſcribi iuri adeundæ hæreditatis añ 30.

39 Præſcribi pacto de retrouendendo, cui ſit inditum iuſiurandum annis 30: cōmuni ſuffragio receptum.

40 Intellectus Goziadini argutus ad L. ult. C. de non nū. pecun. parum tamen idoneus.

41 Declaratio autoris contra Bartol. et communiter ſcribentes ad L. Nam poſteaq;. in §. Si is qui temporali, ff. de iureiurand.

42 Vſurarium uenditionis contractum non præſumi propter additum pactum de retrouendendo, an et quando uerum ſit. & nū. 43. 44. 45.

46 Vſurarius uenditionis contractus num præſumatur ex ſola pretĳ modicitate: & nū. 48. 52. 55 57.

47 Simulatum uel uſurarium contractum in dubio non præſumi: Sed inſtrumento ſtandum, donec ſimulatio oſtendatur.

49 Valet res minus propter onus illi annexum.

50 Valet res minoris propter petulantem & malum uicinum.

51 Valet res minoris, ſi uenditor ſponſorem pro euictione non inueniat.

53 Dolum ac fraudem patefieri ex quantitate pretĳ quando ſit uerum. & nū. 59.

54 Contractuum qualitatem diſcerni ex tenui pretio aut magno.

56 Iudicem, uirum bonum, locoq; patris litigatoribus eſſe.

57 Iudicis partes, in diſcernendo emptionem ſimulatam in fraudem uſurarum, quales. & nū. 62. 63 67. 69. 70.

58 Singula quæ non proſunt, multa iuuant: quomodo intelligi oporteat.

60 Homines natura ſunt procliues, pro modico præſenti multis renunciare futuris bonis.

61 Declaratio uera, c. ad noſtram. extra de empt. & uend.

64 Natio infamata præſumptionem contra ſe habet.

65 Famam malam generalem per bonam in ſpecie aboleri poſſe.

66 Fæneratores peſſimum genus hominum: ob idq; contra eos facile præſumi.

68 Bonū quenq; credi, donec malus appareat.

69 Dationem in ſolutum factam pro modica ſumma cum pacto retrouendendi, à ſimulationis ſuſpicione prorſus alienam.

71 Emptor qui rem reſtituere poteſt, an ex ui pacti de retrouendendo cogatur illam præciſè reddere, aut potius ſoluendo intereſſe liberet. & nu. 73. 75. & 78. ubi emptorem præciſe compellendū decernitur.

72 Obligationem ad fructus poſt moram argumento eſſe, debitorem non teneri ad merū factū, non ad intereſſe, ſed ad rē ipſā.

74 Promiſsionem ceſsionis, & ipſam ceſsionem eſſe diuerſa.

76 Venditori magis eſſe conſultum, quando promittit emptor, ſe redditurum fundū recepto precio: quàm ſi retrouenditurum ſe ſpondeat.

77 Regulæ, uelut Bononienſi Carocio, donec aliud doceatur, ſtandum.

79 Debitorem onerosum, ſicut nec creditorem delicatū eſſe tollerandū, & è contra.

80 Pactum de retrouendendo, ſicut aliud ſimile onus annexum, cenſeri partē precij.

81 Venditioni factum & ius permixtū ineſſe.

82 Venditio & emptio ex quibus conſtet, quandoue perfecta habeatur.

83 Venditionem ac emptionem contrahi, ſi alter dicat, uolo hoc uendere pro decem, & reſpondeat alter, uolo id emere tanti.

84 Goziadini lapſus in explicatione. l. conſilio ad fin. ff. de curatoribus furioſ.

85 Venditionem aliud eſſe quàm promiſſionem de uendendo, quomodo accipiendū ſit: & antea. num. 71.

86 Venditor quando agat contra emptorem actione ex empto propter pactum de retrouendendo.

87 Pactum, ut emptor nulli alij, quam uenditori, rem emptam diſtrahere queat, cur ualeat: & num. 88.

89 Niſi, &, quam, dictiones exceptiuæ cuius ſint uirtutis.

90 Verba & quælibet dictiones etiam minimæ debent in contractibus & reſcriptis aliquid operari.

91 Pactū, ut emptor nulli alij, quàm uenditori, rem comparatā uendere poſſet, obligare emptorem retrouendere uenditori etiā inuitum. licet Barto. & Doctores contra.

92 Verba, emere, uendere, & id genus alia actū propriè uendendi & emendi naturaliter ſignificare.

93 Verbis facta, aduerbijs q̄litates demōſtrari.

94 Verba ubi conueniunt diſpoſitioni, illic & diſpoſitioni locum fore.

95 Genus a quo remouetur, & quælibet generis ſpecies.

96 Verba cuiuſcunq; diſpoſitionis de actu puro, non etiā conditionali intelligenda.

97 Verba diſpoſitionis alicuius ita demum ad ſolam potentiam atq; habilitatem faciendi detorquentur, ſi in recto ſenſu nequeant ad actū uerū & naturalem referri.

98 Obſcuram pactionem nocere potius uenditori, quàm emptori, & locatori quàm conductori debere: quomodo accipi id oporteat. & nū. 99. 100. 101.

102 Emptor, qui promiſit, rem emptam nemini, quàm uenditori diſtrahere, quando ſit compellendus ad diſtrahendum: & nū. 103. uſq; ad num. 110.

104 Recuperatione rerum feſtina nimis præcedentem actum infectum reddi.

105 Repeti commodatum aut quid aliud intempeſtiuè non poſſe.

106 Mutuum ſimpliciter contractum non poſſe creditorem ilico repetere.

107 Hyſpanienſiū quorundā lapſus inſignis, et declarata duo Affricani Vlpianiq; prudētū reſpōſa in tit. de legat. 1. et de legat. 3.

108 Debitorem, qui ſine præſtituto tempore ſimpliciter debet, non ſtatim ad ſolutionem præpropere compellendum.

109 Tempus à lege ubi non eſt expreſſum, ius dicentis arbitrio intelligi commiſſum.

110 Emptorem & uenditorem eſſe correlatiua, quibus eadem inſit ratio, eademq; ipſo iure diſpoſitio.

111 Retrouenditionem ſimpliciter promiſſam abſq; certi precij mentione, quanto peragi precio oporteat, & eodē quo prior celebrata fuit uenditio, faciendā contra Goziadinū & Taurinēſes deciditur. nū. 117.

112 Valorem rerum ſecundum uarietatem tēporum uarium eſſe, ſicut nec in diuerſis locis eundem ſemper eſſe conſtat.

113 Valorem rerum augeri cultura diligenti, & minui negligenti.

114 Declaratio ad Bart. in L. cū emptor. § ſi. ff. de damn infec. in L. non intelligitur. §. diui: ff. de iure fiſc. & in L. Titius. la. 1. ff. de act. empt. contra Goziadinū.

115 Declaratio ad Bal. in L. 1. C, communia de legat. contra Goziadinum.

116 Declaratio ad. L. Si fideiuſſor. §. meminiſſe. ff de leg. 2. contra Modernos Taurinenſes.

118 Abſurditatem in omni re uitandam.

119 Repetitam qualitatē unius, cenſeri in altero, quod in eadem ſit oratione copulatum.

120 Declarata planiſsimè. L. Qui fundū. la 2. in prin. ff. de contrah. empti. quæ Accurſio perobſcura atq; difficilis uiſa fuit.

121 Diem ſolutionis eſſe obligationis partem.

122 Repetitas qualitates diſpoſitionis & uerba in eius ratione uideri.

123 Melioramenta & ſumptus utiles, aut neceſſarios uenditorem, qui iure pacti de retrouendendo fundum redimit, reſtituere oportere: & quo nam tempore æſtimatio ſumptuum facienda ſit, habes nū. 125.

124 Fructus percepti cum ſumptibus factis quando ſint cōpenſandi & quando non.

126. Goziadini lapſus inſignis: & declarata. L. in fundo. ff. de rei uend.

127 Alius

127 Alluuionis incrementum an uenditori redimenti fundum ex ui pacti de retrouendendo cedat, aut potius ad emptorem, qui poſsidet, pertineat. & nũ. 128.

129 Inſula in flumine nata, quæ fundo uendito cum pacto retrouendendi acceſsit, an ad uenditorem, qui redimit, uel ad emptorem, qui reſtituit fundum, pertineat, & nũ. 130.

131 Fœtus pecoris uenditi cum pacto retrouendendi, emptorem ſemper lucrari: cum moderatione tamen, de qua ibi.

132 Partus ancillarum, quæ uenditæ fuerunt cum pacto retrouendendi, quando ad uenditorem, qui redimit, quandoue ad emptorem ſpectent.

133 Vniuerſitatem ſui natura recipere incrementum & diminutionem, quin & omnimodam immutationem, retento eodem nihilominus nomine.

134 Fructus pendentes tempore oblati pretij per uenditorem redimentem prędium ex ui pacti de retrouendendo, cui et pro quota parte debeantur. Et nũ. 137. ubi contra ſcribentes difficilis altercatio ut noue ita æquiſsimè deciditur.

135 Defenditur Alexander aduerſus Bartholomæum Socinum & alios.

136 Aequitatem rigori iuris præferri.

138 Petere nemo debet, cuius contrarium non eſſet alioqui poſtulaturus.

139 Tempus uenditionis repetitum intelligi in pacto retrouendendi ſtatim ſubiecto.

140 Intellectus nouus ad hanc legem ſecundã.

141 Emptorem obligatum retrouendere, qui fructus immaturos tempore retrouenditionis decerpſit, teneri eo nomine uenditori.

142 Hæredem, qui adire hæreditatem eſt cunctatus, ut pendentes fructus non perciperet uſufructuarius, uſufructuario eo nomine de dolo obligari.

143 Venditorem, qui fundum redimit ex ui pacti de retrouendendo, colono emptoris ſtare oportere.

144 Emptor, qui tenetur ex pacto retrouendere nemus, an euellere arbores radicitus queat, & ad culturam interim redigere, remiſsiuè.

145 Germani Principes ac Nobiles prohibent ſyluarum dominis arbores cædere, ne uenatio illis debita deterior fiat.

146 Venari & aucupari etiam in loco alieno omnibus iure gentium eſt permiſſum.

147 Ingredi agrum alterius inuito domino periniquum eſſe, ac inde iniuriarum oriri actionem.

148 Germanos Principes ac Nobiles, inuitis etiam agrorum dominis, ingredi aliena prædia uenandi gratia: quin & ab eis hodie dominos prædiorum à uenando in proprijs prædijs paſsim arceri.

149 Venationem germanicam, quam ſibi Principes & Nobiles ſoli uſurpant, uel ex pręſcriptione, uel ex ſummi Principis indulto illis deberi. & num. 153. 154. 155. cum multis ſequentibus.

150 Poſſeſsionem ſeu quaſi poſſeſsionem iuris negatiui acquiri ex prohibitione unius & patientia alterius.

151 Præſcribi iuri habenti cauſam continuam decem annis inter præſentes, uiginti inter abſentes: habenti uero cauſam interpolatam, tanto tempore, cuius initij memoria non extet.

152 Poſſeſsionem uel quaſi iuris adfirmatiui ex actu tricies repetito acquiri.

154 Quæ ſunt meræ ac liberæ facultatis noſtrę nullo æuo amittimus, niſi prohibiti illa facere, patienter acquieuerimus.

155 Piſcandi in flumine publico ius quis ſolus acquirit, ſi alios inibi piſcari non patiatur, & prohibiti non repugnent ei.

156 Inferioris ſortis homines reuerentiam dignioribus & honorem debere: ad idq; etiam per iudicis officiũ cogendos. nũ. 158.

157 Potentioribus pares eſſe non poſſumus.

159 Reuerentiam, quam inferior ſuperiori debet, iuris quoq; gentium, nec non & diuini eſſe.

160 Ordinem eſſe planè naturalem in hominibus, in brutis, atq; in rebus etiam inanimatis, ut maiori ſeruiat minor. & num. 163.

161 Dominari, eſt paucorum: obedire, multorum: regnare fortunæ munus.

162 Seruire in communi uniuerſorum conditione, libertatis eſſe quandam ſpeciem.

164 Principes & Nobiles Germanos in præſcriptione uenationis non niſi bonam fidem habuiſſe conſtat.

165 Præſcriptioni uim ineſſe traditionis, contractus, & ueritatis.

166 Seruitutes à iure gentium eſſe.

167 Titulum uel cauſam acquiſitæ ſeruitutis pandere non tenetur, qui præſcripſit.

168 Vetuſtatem in ſeruitutibus pro iure & cauſa habendam.

169 Principibus [illegible] Nobilibus Germanis quæ competant remedia pro tuitione iuris uenandi eis quæſiti.

170 Venationem in alieno per Cæſarem in feudali Inueſtitura Principibus & Nobilibus Germanis conceſſam firmiſsimo iure niti. & nu. 174.

171 Imperatori poteſtatem eſſe, ius unius ſubditi in alterum transferendi.

172 Aſſentationem nemini magis quàm illi, qui eam recipit, nocere.

173 Argumenta, quibus nec Imperatorem Vaſſallo in præiudicium ſubditorum concedere uenationes in Inueſtitura, nec Principes ac Nobiles Germanos iuri uenãdi præſcribere potuiſſe contenditur.

175 Conſuetudo iuriſdictionem, imperium, & poteſtatẽ tribuit ei, qui prius non habuit.

176 Principem ſummum poſſe ex rationabili cauſa contra ius naturale & gentium diſponere, ac rerum dominium uni auferre & alteri dare.

177 Cauſa rationabilis adimendi uni dominium rerum ſuarum & dandi alteri in ſummo Principe quæ ſit. & nũ. 180.

178 Vaſallos Principes & alios Nobiles, qui feuda à Cæſare recipiunt, milites ipſius Cæſaris ex feudorum conſuetudine eſſe.

179 Damnum uitare & lucra quærere plurimum differunt: & multo iuſtior eſt cauſa fugientis damnum, quàm lucrum cupientis.

180 Voluntas in ſummo Principe eſt pro cauſa rationabili & iuſta.

181 Dominus loci habens ius Reſpublicæ in loco, poteſt ſubditos abſq; illorum conſenſu uenationibus interdicere.

182 Piſcari in flumine publico prohibere is poteſt, qui ſuperiorem ibi neminem habet, aliàs non.

183 Confutationes argumentorum, quæ contra Cæſaris poteſtatem fuerant conſarcinata.

184 Venationẽ iuris diuini nõ eſſe: & uenatores in ſacris Biblijs malè ſemper audire.

185 Ius diuinum quando prohibitiuum non eſt nec pœnale, poteſt humana conſtitutione diſtingui.

156 Princeps ſummus non poteſt ius naturale aut gentium abrogare prorſus in genere ſuo: ſed limitare illa, uel addere his aut detrahere ex cauſa poteſt.

157 Declarantur dicta Doctorum in. c. non eſt. extra de decimis.

158 Declarata. L. Iniuriarum. in. §. ult. ff. de Iniuri.

189 Confutatio argumẽti, quod aduerſus Principum ac Nobilium præſcriptionem inſtitutum fuit.

190 Delicta in dubio non præſumi.

191 Vſus tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium, habet uim conceſſionis ſummi Principis factæ ex certa ſcientia.

192 Pœnæ contra Plebeios Germanos, qui feras capiunt, quales eſſe debeant.

193 Seruitutem realem ad uſum utilitatemue tantũm uicinorum prædiorum eſſe adinuentam.

194 Seruitutem perſonalem cũ perſona finiri.

196 Zaſium non optimè docuiſſe uideri, quid ſit ius uenandi Germanicum.

197 Populus, quia eſt ſemper idem in loco & perpetuus, non immeritò inter immobilia connumeratur: non ſic de familijs dicendum, uti Zaſius parum dextrè docuit.

198 Declaratio ad glo. in. L. 2. in uerb. cloacam. ff. de ſeruit. ruſt. prædiorum.

199 Boues, quibus meus colitur ager, agri mei inſtrumenta, ſicuti ſeruos colonos, eſſe.

200 Venationem in quàmplurimis Germaniæ locis eſſe reditus ex maxima parte ſyluarum.

201 Seruitutem non poſſe conſtitui, quo proprietatis domino re ſua uti frui nõ liceat.

202 Seruitutem prædialem non poſſe conſtitui niſi inter uicina prædia.

203 Seruitutem prædialem non conſiſtere, niſi quatenus exigit prædij dominantis neceſſitas.

204 Venationis Germanicæ ius, præter omnium opinionem, ſeruitutem eſſe à ſyluis plebeiorum iuriſdictioni Principum ac Nobilium debitam. & num. 206.

105 Seruitutem prædialem ad quoſcunq; ſucceſſores etiam ſingulares cum prædio tranſire.

206 Venationem Germanicam inſtar realis ſeruitutis haberi, & iuriſdictionis eſſe ſeruitutem, innominatam tamen.

207 Iuriſdictionem cohærere perſonæ magiſtratus & cohærere territorio diuerſis reſpectibus.

208 Venatio ſi facto domini ſyluæ fiat deterior, qua actione contra illum acturi ſint Germani Princeps ac Nobiles.

209 Principes & Nobiles Germanos ita in aliorum ſyluis uenandi cauſa uerſari debere, ut non immodicè noceant, nõ grauiore, ac decet, agros aliorũ ſeruitute premãt.

FINIS.

REPETI-

REPETITIO. FRANCI-ſci Zoannetti in L. ij. C. de pactis *INTER EMPTOREM & Venditorem.*

PRAEFATIO AD SCOLARES.

PLINIVS uir in omni diſciplinarum genere clarus dicere
ſolebat, commilitones dilectiſsimi: beatos illos, quibus Deo-
rum munere datum eſſet, aut facere ſcribenda, aut ſcribere
legẽda: beatiſsimos, quibus utrunq;. Cuius beatitudinis ſu-
premum gradũ non immeritò ſaluberrimæ iſtius legis au-
thor, Alexander Mammeæ filius, iuuenis admodum legitur
aſſecutus. Inter id genus homines, quibus ſcilicet imperantibus, ferreã Mo-
narchiam diuellere, atq; tandem prorſus conterere iuxta Propheticum uati-
cinium ſtatuit Deus, hic 25. de ſerie Cæſarum Romanorũ Imperator præ-
ſtantiſsimus floruit. † Fecit Alex. nõ modò ſcribenda, uerùm & ipſe le- 1.
genda cõſcripſit. Dominũ exemplo Auguſti ſe appellari uetuit. Vitas bo-
norũ Principũ carmine depinxit. Doctos amauit formidauitq; ſimul. Per-
multas leges optimas ſapientiſsimorũ Iuriſconſultorum iudicio condidit. Si-
ne ſanguine imperauit. Licet ſanguinarij Maximini Tracenſis maleficio a-
pud Moguntiã unà cũ matre occubuerit, undetrigeſimo ætatis ſuæ anno,
adminiſtrationis uerò imperij Romani tredecimo. † Putare igitur, legem 2.
hanc ſicuti alias plures à prudentiſsimo Principe citra conſilium doctiſsi-
morũ Iuriſconſultorum, quibus familiariſsimè utebatur, promulgatã fuiſſe,
religio eſt. Quare eò nimirum adducimur, ut maiore cum attentione eam
uelut æquiſsimam, humano generi pernecessariam, ac deniq; ſacroſanctam
ambabus, quod aiunt, ulnis ſuſcipiamus, interpretemur, & illuſtremus.

† Plures ante annos quàm lex iſta lata fuiſſet, Marcus Antonius cogno- 3.
mẽto Philoſophus prærogatiua hac redimẽdi res uenditas Romæ eſt uſus.
Cùm enim Marcomanico illo bello graui premeretur, ærariumq; exhauſtũ
eſſet, Imperatoriæ aulæ ſupellectilem diſtraxit, quò reliquias ſuſcepti belli
perſequeretur. Quo penè tandem feliciter confecto, Romam reuerſus, or-
namenta Imperatoria ab his, qui pridem emerant, uolenteſq; reſtituebant,
redemit. Atq; dudum anteà hoc retrouendendi pactum in orbe Romano
uſitatum fuiſſe ex Proculo, qui Veſpaſiani floruit temporibus, conſtat in. L.
Si uir uxori. ff. de præſcript. uerb.

Epitome huius legis ſic colligi à doctoribus ſolet: Vendito ſundo cum pacto retrouendendi, ſi emptor uel eius hæres nolit pactioni parere, tenetur præſcriptis uerbis, aut ex uendito actione: prætereà quoq; emolumentum, à tempore moræ, quod percepit, reſtituet. Commodè non poteſt diuidi, quòd thema unicum, unaq; principalis deciſio ſit in ea.

Cauſam dubitandi in hac lege Moderni Taurinenſes eſſe uoluerunt: quoniam ius implendi poteſtatiuam conditionem ad hæredes non tranſit. L. Si decem cum petiero. quem textũ Bart. hic ante illos citauit. ff. de uerb. oblig. debet enim implementum recipere à contrahentibus, uel altero ipſorũ ueré & formaliter adiecta conditio. Quæ ſi ab hærede impleretur, nõ eſſet quidem formaliter & propriè, ſed per fictionem impleta, quod fieri nõ debet, L. Qui hæredi, in prin. &. L. Mæuius. ff. de condit. & demonſt.

4. Hanc rationem dubitandi prorſus ipſe non recipio. † Porrò uerum eſt conditionem poteſtatiuam ad hæredes cõtrahentium regulariter non tranſire, quando ſcilicet in cõuentione non fuit facta mentio hæredum, & ita loquitur textus in d. L. Si decem cum petiero. Nos uerò ſumus extra illos terminos longè poſiti. Hic etenim pacto fuit diſſertè cautum, ut ſiuè uenditores, ſiuè ipſorum hæredes precium obtuliſſent, fundus reſtitueretur. Igitur abſq; dubitandi ratione lex iſta ſubſrigidè ædita foret.

5. † Crediderim ipſe, in cõſilio Alexandri Cæſaris dubitatũ fuiſſe de duob. circa illud pactũ. Prima exoriebatur dubitatio, quà actione poſſet agere uẽditor, aut eius hæres cõtra emptorem, uel eius hæredem ex illo pacto. Videbatur per oblationẽ preciј reſtituendi fuiſſe reſolutum emptionis contractũ, & fundũ inemptum protinus cenſendum: ob idq; nimirum rei uendicatiõnem aduerſus emptorẽ competere uẽditori, qui precium obtuliſſet. Quemadmodũ alioqui uidemus, ſi uenditur res cũ pacto adiectionis in diem, aut legis cõmiſſoriæ, exiſtente pacti conditione, res eueſtigiò inempta efficitur, & dominium eius ad uenditorẽ ipſo iure redit: pro quo rei uendicatio poſteà cõpetit. L. Si quis hac lege. in prin. ff. de rei uend. L. fi. ibi, ut à uenditore uendicari debeant. ff. de lege cõmiſſ. L. Si quis ex duob. §. Sed & Marcellus. ff. de in diem adiect. L. Commiſſoriæ. infra titulo noſtro.

Altera fuit dubitatio: quòd reſoluto ea ratione contractu, uidebãtur omnes ab initio percepti de fundo fructus, uẽditori reſtituendi. Nam quoties uenditio eſt cõditionalis, toties lecti fructus omnes ſunt ab emptore reſtituendi. L. 2. uerſ. Sinautem hoc actum eſt. &. L. Vbi autem. ff. de in diem adiect. Contrarium in utroq; dubio Alexander reſcripſit ut uidetis.

Ratio deciſionis primi dubiј utiq; eſt: quòd in propoſita quæſtione pactũ illud neq; adiectionis in diem, neq; legis cõmiſſoriæ cõuentio fuit: ſed in tertia quadã peculiari & propria ſpecie conuentionis remanſit: appellatumq; eſt ſimplici & differenti à prædictis nomine, pactũ inter emptorem & uenditorem. Et cùm ſit contractui illicò admotũ, recipit ab ipſo contractu propter cohærentiã robur, atq; ex eo datur actio ex uendito, aut ſi malit uenditor, præſcriptis uerbis actione utetur, ut in ipſa lege ac in gloſſa prima eius, nec non & in. L. ſequenti. uidere eſt. bene facit. L. Qui fundum uendidit. ff. de contrahen. empt. & melius. L. Si uir uxori. ff. de præſcript. uerb.

Proinde & ratio ſecundæ dubitationis non obſcuro loco eſt. Quando quidẽ enim purè fuit facta uenditio, quæ ſub condirione reſoluitur, ſi uenditor redimere uolet: non iniuria emptor fructus medio tẽpore uſq; ad moram contractam perceptos, ceu uerus eorũ dominus, ſibi habet. Scitè itaq; admonet Vlpianus in id genus contractibus primum inſpici oportere, quid actum ſit inter partes. d. L. 2. ff. de in diem adiect.

Collige

† Collige primum ex textu, pactũ hoc de re empta reſtituenda, ad utriuſq; 6. contrahentium hæredes, quorum etiam nulla eſſet facta mẽtio, tranſire. Quod & gloſſa in uer. ſiue hæredes ſubnotat. Aliter quoq; ratione probari poteſt. Nam contra emptoris hæredem, qui non fuerat in conuentione nominatus, tranſit pactum illud, ut reſtituere fundũ actione præſcriptis uerbis, aut ex uendito compellatur: ergò multo magis ea uis pacti conſiſtens reſpectu uenditoris in dando, tranſibit ad eiuſdem uenditoris hæredes, tametſi illorum nulla fuerit nominatim habita mentio, argumento. L. un. §. ne autem. infra de cad. duc. tollend. iuncta. L. cum ita. ad fin. ff. de condit. & demonſt. ita Bart. arguit ex hoc tex. in L. Si decem cum petiero. ff. de uerb. oblig.

Vel meliorem cauſam huius notabilis ex eodem Bart. in præallegato loco adduces. Quando ille, qui alteri promittit ſe paſſurum impleri conditionem, aliquid ex illo contractu percipit: ſemper huiuſmodi conditio tranſit ad utriuſq; contrahentis hæredes. Exemplum uides in hoc textu. Accepit fundum emptor, fructuſq; medij temporis præterea eſt lucratus. Proinde etſi pacto non forent compræhenſi paciſcentium hæredes, nihilominus tamen per eos, contrahentibus defunctis, rectè implebitur conditio. Extat & de hoc alius textus minimè anceps in L. Si prædio. in prin. ff. de in diem adiect. Sin uerò perciperet nihil, qui conditioni parere debet: tunc nequaquam ad contrahentium hæredes conditio implenda pertineret. d. L. Si decem cum petiero. in fin. ff. de uerb. oblig. L. Qui Romæ. §. Augerius. eodem titulo.

Cum itaq; dixerimus tranſmitti ad hæredes pactum de retrouendendo fundo ſiue reſtituendo: proximum eſt cognoſcere, num ius illius pacti alteri cedi poſſit. † Negat Angelus in L. ad officium. ſupra, communi diuid. hoc ius 7. redimendi fundum poſſe cedi. Quo loco & ad propoſitum Cynus, quẽ Bal. et Salycetus ſunt imitati, ait in ſimili, ſi cõſuetudine aut ſtatuto ei, qui habet rẽ cũ altero indiuiſam, ſeu cõmunẽ, cuius portionẽ ſocius extraneo uẽdidiſſet, intra annum redimendi eam ius competat, illud ius redimendi cedere nequibit alteri.

Oppoſitum Caſtrenſis defendit in ſuo cons. 45. Incip. Videtur dicendum, quod dictus Chriſtophorus, in antiquis, Lib. 1. alias eſt in cons. 1. Lib. 2. Nititur primũ uulgari illa regula. Quod eſt tranſmiſsibile eſt ceſsibile. L. ex pluribus. ff. de adminiſt. tuto. Sed reſpõderi poteſt regulã negatiuè dũtaxat procedere, puta, nõ poteſt quid ad hæredes trãſmitti, igitur illud idẽ nec cuiquã cedi, ſicuti propriè loquitur Papinianus in d. L. ex plurib.

Cæterum affirmatiuè ſi cõcipiatur argumentatio, prout ſic argumentatur Caſtrenſis, falſa eſt: ita notant Alexander in L. ſi ſtipulatus fuero illud aut illud ff. de uerb. oblig. Ias. in Auth. Res quæ. C. communia de legat. & L. 1. §. fi. col. 3. ff. de no. op. nunc. Ad hæc textus in L. Si mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. dot. ubi ius fideicommiſsi alteri cedi non poteſt ante factam reſtitutionem, quamquam poſsit ad hæredes tranſmitti.

Secundo adducebat Caſtrenſis aliã rationẽ. Quemadmodũ uenditor in caſu noſtræ legis, ſi redemiſſet fundum, poſſet illũ cuicunq; alteri uendere atq; cõcedere: eodẽ modo deberet ius redimẽdi poſſe alteri cedere. Replicari quoq; ad hoc poteſt, conſequentiam eſſe malam. Etenim uidemus, quod fideicõmiſſarius, poteſt bona fideicõmiſsi poſt factam ſibi reſtitutionem in alium, ceu dominus, transferre, & tamẽ ante reſtitutionẽ nõ ualet illud ius fideicommiſsi alij cedere d. §. ex aſſe.

Allegabat

Allegabat deinde præterea Caſtrenſis textum in L. Grachus. Infra de adulter. Vbi ius occidendi adulteram uxorem poteſt alteri cedere maritus. Tollitur æquè iſtud fundamentũ, quoniam ea poteſtas ſolummodo filijs, ut ibi dicitur, à patre cedi poteſt, alijs autem non, Bart. in L. non ſolum. §. Si mandato. uerſ. Sed quæritur. ff. de iniurijs. Alex. in d. L. i. §. fi. ff. de no. op. nunc. Bal. & Salycetus in d. L. Grachus. Felin. in c. Si uerò el. prim. extra, de ſentent. excomm.

Quare Moderni Bononienſes aliquot concluſiones pro explicatione quæſtionis propoſitæ conſtituerunt: quas in præſentia recenſere ocioſum nõ erit.

Prima eſt, quod facultas hæc redimendi, ſiue reemendi fundum, poteſt ex cauſa neceſſaria alteri cedi. Exempli gratia, creditori. Sicuti pulchrè decidit Paul.

8. Caſtrenſis in præallegato conſ. 45. ad finẽ, alias con. primo. lib. 2. † Benefacit, quod uoluit Ludo. Rom. in ſuo conſ. 107. Incip. circa id quod quæritur. Statutum prohibens alienationem rei communis, niſi conſors prius requiratur, num ipſe uelit emere, non pertinet ad alienationem neceſſariam. Alex. in iiſdem penè terminis ipſe quoq; conſuluit in conſ. 52. lib. 1. Bart. tradit in d. L. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. ff. de uerb. oblig. Prædictæ concluſioni congruit: quia in ſimili uidemus, quod prohibitio alienationis rerum alioqui iure communi indicta, non niſi ad uoluntarias alienationes, non quidem ad neceſſarias eſt referenda. L. alienationes. ff. famil. hercif. L. Diuus. ff. de petit. hæred.

Huc accedit: ualidum eſſe argumentum à prohibitione legis ſeu iudicis aut etiam contrahentis, ad prohibitionem teſtatoris. L. Seruus hac lege. ff. de manumiſsio.

Cæterum prohibitio alienationis rerum facta per teſtatorem cum cauſa, neceſſariam diſtractionem non continet. L. pater filium, in. prin. ff. de legat. 3. L. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. L. filiusfa. §. Diui. de leg. 1. L. Quidam decedens. §. Vſq; adeò. ff. de adminiſt. tut. Igitur idem iuris in cõcluſione propoſita erit: ut ſi uel aliàs cedi cuiquam hoc pactum de retrouendendo non poſſet ex cauſa ſaltem neceſſaria id iure liceat. Ex quibus nimirum liquet, reſtringi limitariuè notata in d. L. ad officium. C. communi diuid.

9. Secunda eſt concluſio: † quando hoc ius redimendi competeret alicui perſonæ non ex pacto, ſicq; non de iure gentium communi, quo pacta ſunt introducta, ſed tantum iure ſpeciali, puta ex ſtatuto contra regulas iuris communis. Tunc noſtri Bononienſes exiſtimant id non poſſe cedi, per notata à Baldo in c. 1. §. Si quis uero. nu. 3. in tit. de pace iurament. firm. Vbi ait, quod facultas faciendi aliquid propria authoritate, licet poſſit regulariter in alium transferri, tamen eſt ſecus, quando contra regulas iuris communis competeret transferre uolenti: Vt puta in priuilegium. Idem tradit Bal. in L. accuſationis. C. quod met. cã. Alex. in d. L. 1. §. fi. nu. 5. uerſ. Item limitat. Bal. ff. de no. op. nunc. Ita etiam in ſimili conſuluit Rom. in conſ. 484. Incip. Hoc quod uicinus & conſors Inquiens, diſponente ſtatuto, ut uicinus in emptione prædij confinis ſeu uicini præferatur emere uolenti, qui non eſt uicinus (quoniam iuri communi contradicit ea diſpoſitio. L. dudum. C. de contrah. empt.) illam prærogatiuam non poſſe à uicino cuiquam cedi.

Contra iſtam concluſionem ipſe oppono: ſiquidem ea, quæ competunt iure ſpeciali, multo ſint imbecilliora, faciliuſq; pereant his, quæ à iure communi ſunt tributa. L. eius militis. §. Si militia miſſus. ff. de teſtam. milit. §. quia uerò

uerisimile, proxime finem. in Auth. de non alienand. aut permutand. reb. eccle. Ergò & facilius deberent poſſe cedi. Reſpondeo, ſi in ea perſona, cui fit ceſſio, adeſſent eædem qualitates (uelut quia ceſſionarius fuiſſet ſocius uenditoris ſeu conſors in fundo uendito, uendidiſſetq; eidem emptori ſuam portionem fundi) quæ ſunt in altero uenditore cendente: utiq; tunc fieri ceſsio in ſubiecta quæſtione poſſet, arg. L. dudum. C. de contrah. empt. Sin autem ceſsionario non competerent eædem qualitates, quæ ſunt in cedente, dico procedere Bononienſium concluſionem. Quoniam ius ſingulare extendi non debet. L. quod uerò. L. Ius ſingulare. ff. de legib. c. Quæ à iure. de reg. iur. lib. 6. Non obſtat ratio illa: facilius tolluntur ac pereunt iure ſpeciali competentia iura, quam ſi iure communi nobis deberentur. Etenim uerum eſt, facilius perire & amitti, non tamen facilius in alium poſſunt transferri, per prædicta.

Tertia eſt concluſio: † Si ex illa ceſsione præiuditium emptori, aut alteri euidens & manifeſtum inferretur: ceſsionem non poſſe fieri. Sunt pro iſta concluſione annotationes doctorum in præallegata. L. ad officium. C. communi diuid: & in d. L. 1. §. fi. ff. de no. op. nunc. ubi traditur, non poſſe ius cedi in præiudicium conſortis. Sic quoq; Paul. Caſtrenſis in d. ſuo conſ. 45. alias conſ. 1. lib. 2. nec non Roma. in cõſ. memorato. 484. Memoriæ prodiderunt. 10.

Verùm ne res egeat exemplis, quæ Moderni Bononienſes omiſerunt, illud intereà adduxerim. † Pone, uenditorem uelle cedere ſuum ius potentiori cuipiam, qui ratione officij ſeu magiſtratus eo in loco potentior ſit, tantum abeſt, ut hoc ei in præiudicium emptoris liceat: quin ſi fecerit, illud, quod habuit ius ad fundum, protinus amittet, atq; ceſsio effectum habitura non eſſet. L. 2. cum glo. 1. C. ne liceat potentioribus. Sed ſi uellet cedere alicui, qui non gereret magiſtratum, aliàs tamen potentior eſſet: non ſanè perderet ius ſuum: attamen cedendo illud nihil ageret. L. cum miles, & ibi Bart. ff. de alien. iudi. mut. cau. fac. Iniquum planè crediderunt prudentes, eam alienationem rerum admitti, per quam alicuius cauſa ex alieno facto fiat deterior. L. 1. in prin. & tot. tit. ff. de alien. iud. mut. cau. fac. L. non debet alteri per alterum. ff. de reg. iur. 11.

Alterum habes ex eo Romani conſilio exemplum. Ius inferendi mortuum in fundum oppigneratum, competens debitori ex legis beneficio, quum euidenter tendat in creditoris præiuditium, non poterit alteri cedi. L. 2. in fi. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. Ex hoc ſubiecto Romani exemplo habes amplificatam noſtratium concluſionem: ut etiam ſi non magis ex ceſsione inferretur euidens præiuditium emptori, quàm ſi ipſe uenditor fundum illum redimeret: non ueruntamen poſsit ius illud (Si modo utroq; caſu præiudicium euidens generetur emptori) alteri cedere, per d. L. 2. ad fin. Quod teneas menti: quoniam plurimi faciendum eſt, & dominus Gozadinus non animaduertit: & contrarium potius ex eius uerbis uidetur colligi.

Quarta concluſio eſt: † quum ex pacto contrahentium deprahenditur, quod iſta redimendi facultas cohæreat duntaxat, competatuè ſolum perſonæ uenditoris: uelut ſi dictum fuiſſet in contractu, tu ipſe uenditor, uel tu ſolus poſsis eodem precio redimere fundum: Tunc cedi huiuſmodi ius nulli poterit. Ita decidit in ſimili Rom. in præallegato eius conſ. 484. Inquiens, 12.

Vbi quid eſt à lege alicui perſonæ infixum, cedi non poterit. Pone, ſpolia-
to per uim lex ius tribuit recuperandi rei ſuæ poſſeſsionem incontinenti pro-
pria auctoritate. Illa facultas, quandoquidem eſt infixa ac unice conceſſa ſpo-
liato, non poterit ad alium transferri ſecundum glo. in L. cum fundum. in
uerb. poſtea. ff. de ui & ui arm. facit tex. in L. ſeruus ſi hæredi. poſt princ.
ibi, perſonæ duntaxat eius &c. ff. de ſtatu. lib. & faciunt notata in c. quia fru-
ſtrà. in uerb. ipſe reſtituerit. extra de uſur. per Abb. atq; alios in c. quo-
niam apoſtolica. §. is autem. extra de off. iud. deleg.

Limitant noſtri Bononienſes prælatam concluſionem, ne procedat in
filio uenditoris, cui pater ſuum ius redimendi cederet. Mouentur illi à ſimili.
Licet ſi ſit electa induſtria perſonæ, non ualeat quis alium ſibi ſubſtituere. L.
un. §. ne autem. uerſ. Sin uerò talis. C. de caduc. toll. L. inter artifices. ff.
de ſolut. Attamen quis tum poteſt eam rei gerendæ curam filio demanda-
re. Rom. tradit in ſuo ſingulari. 691. Incip. ille, cuius induſtriæ. Sed eſt in
ſing. 663. quo loco ait Bal. in Ticinenſi Gymnaſio ſic feciſſe: qui per filium
haud rarò auditoribus ſuis publicas lectiones prælegit. Eodem ſpectant no-
tata in d. L. Grachus. C. de adult. per Fel. in c. afferte. col. fin. extra de præ-
ſumpt.

Confirmo limitationem Goziadini. Porrò pater & filius cenſentur una
& eadem perſona. L. fi. uerſ. nobis autem. C. de impub. & alijs ſubſtit.
13. §. ei uero qui. Inſt. de inutilib. ſtip. † Hinc eſt, quod Vaſallus, qui præſti-
tit iuramentum fidelitatis domino, de iuuando ipſo contra omnē hominem,
excepto Imperatore &c. nihilomagis tenetur iuuare eundem dominum con-
tra filium ſuum, quando filius ex illo auxilio eſſet lædendus. Ita Bal. in c. 1.
in prin. num. 3. in tit. de noua forma fidelit. facit tex. in §. fin. ibi, quis
enim patiatur filium ſuum &c. Inſt. de noxalib. Ob idq; ſicut non ualet
confeſsio à quoq; facta metu tormentorum in ſuo corpore, uel renuncia-
tio litis. L. 1. §. Diuus Seuerus. ubi not. & §. Si quis ultrò. ff. de quæſtio-
nibus. Ita non ualebit facta metu tormentorum in corpore filij ipſius con-
fitentis, doctores poſt glo. in c. afferte. extra de præſumpt. Eſt bonus tex-
tus in. L. Iſti quidem. in fin. ff. quod met. cauſa. Quare per prædicta ſi
uenditor in caſu præmiſſo ius ſuum cedere filio uellet, minime prohiben-
dus uidetur, quaſi de una manu in alteram ipſius uenditoris translatum ius
foret. Adduco dein pro hac parte doctrinam Bal. in L. ea lege. num. 15.
14. C. de condict. ob cauſam. † Prohibitus rem alienare in potentiorem, non
prohibetur in filium potentiorem ſe ipſo alienare. allegat Bal. glo. in. L.
ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig. Etenim continuatum tunc potius
dominium in filio, quàm ad illum translatum uidetur. L. in ſuis. ff. de
lib. & poſth. Debuit ſanè cogitare emptor, uenditorem (ſicuti cæteros
parentes) omnia ex uoto filijs ſuis parare. L. nihil intereſt. uerſ. faciliorq;
15. ſuſpirio. ff. de bon. libertor. † Et uidemus, quod legati, quorum certe in-
duſtria eſt electa, non alios regulariter quàm proprios filios in ſua legatio-
ne uicarios dare poſſunt. L. ſciendū. §. legati. L. filius. ff. de legationibus.

Veruntamen nec prædictis etiam adducor, ut limitationem domini Go-
ziadini, uiri nimirum excellentis ingenij, probem. Contra iſtam eius limi-
tationem urget textus in. c. fi. §. Is autem. cum glo. ibi. in uerb. & perſo-

naliter. & §. ſeq. extra de off. iud. deleg. in L. nullus qui nexu. C. de de-
curionib. lib. 10. ubi dicitur, quando uel eſt electa induſtria & fides perſo-
næ, uel perſonæ alicuius quid eſt iniunctum, delegari commiſsionem ſiue
officij munus non poſſe cuiquam alij. Rurſus inſto: pactum hic fuit ſub
conditione concæptum, ut ſi quando ab eo ipſo uenditore redderetur pre-
cium, emptor deberet reſtituere fundum. Ideoqꝫ propriè & ad unguem in
forma ſpecifica eiuſcemodi conditioni per uenditorem met, & non per a-
lium quantumuis coniunctiſsimum, ſatisfieri oportet. L. qui hæredi. in prin.
L. Mæuius. ff. de conditio. & demonſtr. ut enim inquit glo. 1. in L. cum
quis ſibi. ff. de uerb. oblig. certa eſt perſona, à qua recedi non poteſt. Præ-
tereà & acrius inſto in fortiorib. terminis aduerſus Modernorum limitatio-
nem. † Si ſeruus aut filiusfamilias ſibi electionem rei alicuius etiam ſim- 16.
pliciter ſtipulatus fuiſſet, utputa, dabis illam, aut illam rem, utram ego ue-
lim &c. Talem electionem per dominum aut patrem eius, utpote cohæ-
rentem ſolius ſtipulatoris perſonæ, fieri nequaquam poſſe conſtitutum eſt.
L. ſi, in pr. L. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. in prin. ff. de uerb. ob-
ligat. Licet quidquid alias acquirunt ſeruus & filius, domino atqꝫ patri pro-
tinus quærant. L. acquiritur. ff. de acquir. rer. dom. L. placet. ff. de ac-
quir. hæred. Quamobrem quum iſta facultas reſtituendi precij & fundi re-
cipiendi non ſimpliciter, ſed unicè cohæreat uenditoris perſonæ, ab eius per-
ſona, inuito emptore multò minus recedi poterit. Eodem refertur: quia em-
ptoris conditio deterior fit, ubi uenditor uel ſuo filio cederet. Quippe fie-
ri poſſet, ut filius precium emptori ſtatim offerat, fundumqꝫ repoſcat: id
quod uenditor fortè aut prorſus non fuerat facturus, aut tardius ſaltem,
quum uaria ſint hominum iuditia ac uoluntates, iuxta textum. in L. quia
poterat. ff. ad Trebelli. † Proindè Modeſtinus ulpianuſqꝫ aiebant noſtra 17.
referre ab uno potius, quàm ab alio quid offerri aut accipi: & noſtra uo-
luntas in ea re eſt pro ratione habenda. L. is qui ex cauſa. L. generaliter. §.
quoties. uerſ. Quod ſi nolit. ff. de fideicommiſſ. libertat. Igitur tanquam
in euidens præiudicium emptoris ceſsio huiuſmodi admittenda non eſt, per
ea, quæ diximus in tertia præcedenti concluſione.

Neqꝫ aduerſantur opinioni meæ, quæ pridem in contrarium fuere obie-
cta. Licet namqꝫ Bal. in Papienſi ſtudio prælegerit auditoribus per filium
ſuum: attamen id iure communi regulariter eſt uetitum. † Nulli inquam 18.
profeſſorum per ſubſtitutum docere eſt permiſſum: niſi ſubſtitutus eiuſ-
dem eſſet peritiæ, & inter conductorem & profeſſorem locatorem in ſpe-
cie illud foret cautum, per ſubſtitutum ſz: doceri poſſe. L. nemo eſt qui ne-
ſciat. & ibi Bart. num. 5. per illum tex. ff. de duobus reis. Niſi fortè quoqꝫ
Bal. ex cauſa per ſubſtitutum filium legiſſet: uelut imbecillitate ſui corpo-
ris correptus, aut conſuetudine Gymnaſij permittente, ſicut Bart. accuratè
annotat in d. L. nemo eſt qui neſciat. Aut etiam Bal. ſi 20. annos iura
cum laude, quemadmodum fecit, prius fuiſſet profeſſus, uticqꝫ per ſubſti-
tutum poſteà legere potuiſſet: quoniam illuſtrium uirorum dignitatem eſ-
ſet adeptus. d. L. nullus qui nexu. in fin. C. de decurionib. lib. 10. L. 1.
cum gloſſ. C. de profeſſ. qui in urbe conſtant. lib. 12. Bart. ac idem Bal.

tradunt in proœmio. ff. in prin. Bart. in L. ex eo. ff. de milit. teſtam. Vtut igitur Bal. munere legendi per filium functus Papiæ fuerit, exemplum eius noſtratib. non inſeruiet.

Nec obſtant notata in d. L. Grachus, infra de adulte. lubens equidem aſſentior: patrem eam curam occidendi uxoris adulterum filijs demandare poſſe. † Quoniam ipſi filij ex iniuria illata parenti non minus, ac parens ipſe læduntur. L. 1. & L. 2. ff. de liberal. cauſa. quibus reſpondent tradita per Innocent: in c. cum locum. in prin. extra de ſponſalib. ſi patri fiat uiolentia in corpus, & filius aliquid dedit aut promiſit quò patrem liberaret, dicitur ea datio facta per metum ac ſi filio met illata fuiſſet. † Nec solũ filij, ſed & tota eorum agnatio eam irrogatam patri ignominiam ſentiunt. L. lege Cornelia. §. qua lege. & ibi glo. magna circa med. ff. de iniurijs. Vnde cum ſint participes iniuriæ, non immeritò eius conſtituuntur à patre uindices. Secus ſtatuendum in quæſtione propoſita, ubi talis non ſubeſt ratio.

19\.

20\.

Non obſtat quod ipſe adducebam pro confirmatione limitationis illius. Eſto ſic ſanè, quòd pater & filius pro una eademq́ perſona habeantur: Vox unius credatur eſſe uox alterius: Vaſallus pater non teneatur iuuare dominum ad offendendum filium ſui ipſius Vaſalli: ac deniq́ pater non minus
21\. iuſtè metuat tormenta & cruciatus in corpore filij; quàm in proprio: † Veruntamen dubium non eſt, reuera duas eſſe perſonas ſpecie, numero, & effectu, inter quas ſit certa differentia conſtituta. Nam perſona patris gradum ſuperiorem tenet in linea conſanguinitatis: filij uerò inferiorem. Idcircò per fictionem ſolam & impropriè propter ſanguinis coniunctionem illud accidere, uerius eſt, ut unus dicatur eſſe alter. Quin & niſi in præcipuis caſibus hoc ipſum recipitur: ueluti quum agitur de rebus, quæ patri per filium poſſunt acquiri, non aliàs. d. §. Ei qui. Inſt. de inutilib. ſtipul. Quæſtio autem mota eſt generalis, meritò pater & filius in ea quæſtione pro eodem non ſunt cenſendi. Simili modo ne poſsit offendere filium pater, & moueantur eius uiſcera propter tormenta in corpore filij: iſta ſunt iuris naturalis, cui uel uolentes uix derogare aut contradicere poſſumus. L. 1. §. Ius naturale. uerſ. Hinc liberorum. ff. de iuſt. & iur. §. Sed naturalia. Inſt. de iur. natural. At propoſita diſputatio iuris ciuilis eſt. num, ſcilicet ex illis ciuilib. uerbis pacti cohærentis perſonæ uenditoris, poterit nihilominus uenditor ſuum ius filio cedere.

Nec refragatur ſequens obiecta doctrina Bal. ut ex conuentione prohibitus fundum alienare in potentiorem poſsit nihilominus in filium potentio-
22\. rem diſtrahere. † Intellige Bal. quemadmodum loquuntur glo. & leges, quas ipſe allegat. Nempe uti poſsit pater moriens eum fundum ex teſtamẽto, uel ab inteſtato transferre in filium, qui ſit ſuus hæres. Id enim loquitur glo. prædicta in ſuis hæredibus, in L. ſi ita quis. §. Ea lege. in uerſ. Intereſt. ff. de uerb. oblig. Sicq́ propriè de his diſſerit Paulus Iuriſconſultus in d. L. in ſuis. ff. de lib. & poſth. Cæterùm ſubiecta diſputatio noſtra eſt generalis de quibuſcunq́ filijs, tàm exiſtentib. in poteſtate parentis, quàm emancipatis: item eſt quæſtio de ceſsione, quæ ſit inter uiuos, non etiam de translatione ſeu alienatione fundi, quæ fit à moriente in ultima uoluntate.

illuc

Illuc æque ſpectat quod dicitur: parentes omnia ſua ex uoto liberis ſuis pa-
rate. d. L. nihil intereſt. ff. de bon. libert. Illud planè dictum eſt de uoto
parentum morientium, qui cum uniuerſa, quæ ſua ſunt, ad liberos moribun-
di tranſmittere cupiunt. Siquidem uiuentes ipſi malint ſe, quàm filios partis
bonis frui. L. Nam etſi parentibus, in prin. ff. de inoff. teſtam. L. Scripto. in
fin. ff. unde liberi.

Nouiſsimè contradicit omnium minimè, quoniam legati nullos, præter ip-
ſorum filios, uicarios ſibi legatione conſtituere poſſunt. † Filij uicarij tum à 23.
patre conſtituti legatione fungi ſolius patris nomine, patriq; duntaxat non etiã
ſibi ipſis uacationem biennij per eam functionem quærere poſſunt, & pater
ſolus, nõ autem filius, legatione illa functus uidetur. d. L. filius decurio. ff. de
legationib. † Id quod ceſsionatius non facit: qui ſuo nomine utiles ceſſas ad- 24.
uerſus debitorem intendere poteſt actiones. L. fin. C. de hæred. uel act.
uend. L. 1. ubi gloſſ. & doctores, in uerb. mandatas. C. de act. & oblig.
diciturq; proprium negotium & propriam litem Ceſsionatius agere. L. qui
ſtipendia. C. de procurato. L. quæ omnia. §. planè. ff. de procuratoribus.
Dici quoq; poteſt, quòd filius in ea legatione deſignatus uicarius à patre, ni-
hil niſi nudum & purum eius miniſterium (quemadmodum Epiſtola,
nuncius, uel ut ita dixerim, pica alioquì faceret) patri præſtat. L. filio pro-
pter patrem. ad fin. ff. de legationibus. L. qui autem. §. fin. cum. L. ſequen.
iuncta gloſſ. ff. de conſt. pecunia. Verùm Ceſsionarius in actionibus ſibi ceſ-
ſis non ſe talem gerit, ut pridem notauimus: ideoq; ex diuerſis inconcinna eſt
& falſa argumentatio. L. Papinianus exuli. ff. de minoribus.

Quinta & ultima concluſio eſt: † Vbi uenditor habet facultatem redi- 25.
mendi fundum de iure communi, id eſt, ex pacto, neq; agitur de euidenti præ-
iuditio emptoris: neq; redemptio fundi cohæret ſingulariter perſonæ ipſius
uenditoris: neq; etiam ex neceſsitate, ſed ſua ſponte ceſsionem facit, cedi ius il-
lud pacti poſſe. Ad hoc eſt textus in ſimili in L. 1. §. uſufructuarius. ff. de
no. op. nunc. Quo loco aſſerit Bart. per eum textum probari, ut ſi habeam
ius ingrediendi fundum debitoris propria authoritate: poſsim id æque alij ce-
dere. eſt idem tex. in L. 1. §. Item Iuliano. ff. de remiſſ. Simili modo uidea-
mus, quòd interdictum, unde ui, poteſt cedi. L. quod ſi in diem. §. Iulia-
nus. ff. de petit. hæred. notatur per gloſſam in L. licet. in ſecunda poſitione
caſus. C. de exception. habes bonum textum in materia ceſsionis. in L. quod
ſæpè. §. Si res. ff. de contrahen. empt. Eſt gloſſa in. L. 2. in uerbo. dedu-
ctæ. & Bal. C. de litigioſis. Et miſsio in poſſeſsionẽ alicui cõpetẽs ceditur alteri
ſecundũ Salicetũ in. L. fin. §. Sin aũt hi. per illum tex. C. de bon. authoritate.
iud. poſſ. Priuilegium quoq; competens fiſco, poteſt per iudicem priuato ali-
cui cedi. L. fin. C. de priuileg. fiſci. Ad propoſitum dicebat gloſſa in. c.
Hinc eſt in uerb. Sigillatim. 16. quæſt. 1. Quòd minor priuilegium reſti-
tutionis in integrum ſibi competens cedere alteri poteſt. Quod intellige ue-
rum, ſubſiſtente cauſa. L. quod ſi minor. in prin. ff. de minor. Et Bar-
tho. in d. L. 1. §. Vſufructuarius. aiebat, officium iudicis ad aliquem perti-
nens probè cedi, ac per conſequens reſtitutionem in integrum, quæ per ſolũ
iudicis officium impetratur. d. L. quod ſi minor. in prin. ff. de minoribus. L.

Si minoris. ff. de adminiſtrati: tut. Cum itaq; iura nedum realia, ſed & perſonalia poſsint cedi ut uidetis, & facultas eiuſcemodi redimendi fundi ſit actio perſonalis, quemadmodum in iſto textu legitur: non immeritò eadem cedi regulariter poterit. Porrò ſicuti docent noſtrates, regula iuris eſt multis argumentis à ſimili probata, ut poſsit illa redimendi fundi licentia cedi: proinde
26. onus probandi contrarium incumbit neganti. † Qui enim regulam habet pro ſe, ius certum habere dicitur, ſecundum Bart. & alios in L. quoties. ff. Si quis cautio. Et. L. 2. ff. Si quis in ius uocatus non ierit. atq; illa iure nobis permiſſa creduntur, quæ lege prohibita non reperiuntur. L. nec non. §. Quod eis. ff. ex quibus cauſ. maior. c. nuper. extra de ſentent. excom. Hanc partem ſequutus eſt Paulus Caſtren. Conſulendo in d. ſuo conſ. 45. aliàs eſt conſ. 1. Incip. Videtur dicendum, quod dictus Chriſtophorus. Lib. 2. And. Siculus ita decidit in con. ſuo. 51. Incip. Scripſit ſapientiæ fons, col. 16. uerſ. & ſic apparet. Lib. 1. Philippus Dec. in conſ. 164. in fin. Incip. Non fuiſſet propoſiti mei. Lib. 1. Et Goziadinus, Moderniq; Taurinenſes opinionem iſtam hoc loco ſunt amplexi.

Neque te moueant doctrina Ange. & traditiones Cyni ac aliorum in d. L. ad officium. C. communi diuid. Quippe certum eſt per prædicta, Angel. eo in loco ineptè locutum. Veruntamen concedi oportet, prout dicebat inibi Cyn. Si ex diſpoſitione ſtatuti conſors poteſt intra annum redimere rem uenditam per ſuum conſortem, illud ius extraneo cuipiam alij cedere nequeat. Ratio differentiæ eſt inter noſtrum & illum caſum: ibi non admittitur ceſsio, quoniam fieret contra ſtatuentium mentem: quibus cordi fuit ne res ad alios, quàm ad conſortes, ex diſtractione olim perueniret. Quare interdicitur conſorti iuris ſui in extraneum ceſsio, quum ratio ſtatuti illud ipſum ſtatutum limitet, reſtringatue. L. adigere. §. Quamuis. ff. de iur. patro. Secus in propoſito themate noſtro, ubi talis ratio nulla eſt. Ita propriè reſpondet Caſtrẽſis in prænotato conſ. ſuo 45. alias primo. lib. 2. Præterea aliter quoq; reſpondebant noſtri Bononienſes: ea facultas conſorti competens ex ſtatuto, eſt contra ius commune: ideoq; non poteſt cedi, prout oſtendimus proximè in ſecunda concluſione. Cæterum in caſu noſtro facultas redimendi, à iure gentium eſt, hoc eſt, ex contractu, quia à iure gentium proficiſcitur, nimirum rectè cedi poterit. Reſpondent poſtremò non incommodè ad d. L. Si mulier. in §. ex aſſe. ff. de iure doti. uti apud eos uidere eſt.

In hoc tex. habetur non eſſe differentiam, uel intra certum tempus, uel quandocunq; concipiatur illud pactum de retrouendendo: quandoquidem ſemper ſit permiſſum, neq; ſuſpitio aliqua ſimulationis aut uſurarum inde oriatur. Id quod quoq; uidit Bartholomeus Veronenſis in tractatu ſuo de ſimulatione contractuum. in 12. præſumptio. tertij caſus principalis. Veruntamen alioqui differunt pactum ad certum tempus & pactum quandocunq;. Porrò is, cui eſt factum pactum de retrouendendo intra certum tempus, elapſo illo tempore, non poteſt amplius agere ut ſibi retrouendatur: quoniam conceſſa ad certum tempus, inhibita cenſentur poſt illud. L. Statu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. & incluſio certi temporis, eſt excluſio alterius temporis. L. Si ita quis ſubſtituerit. ff. de uulg. & pupill. facit

facit. L. maritus. in fin. C. de procurat. L. cum prætor. in prin. ff. de iudi.
At ille, cui eſt ius redimendi fundum quandocunq;, uidetur, quod poſsit illum
perpetuò redimere. † Ea namq; eſſe creditur, natura geminatæ illius dictio- 27.
nis, quandocunq;, ut quandam temporis infinitatem præſeferat, ſecundũ gloſſ.
in L. nemine, in uerb. quandocunq;. C. de decurionib. lib. 10. facit tex. in L.
qui cum uno. §. 1. cum gloſſa. in uerb. ad beſtias. ff. de re. milit. §. quòd ſi in pa-
tris. iuncta gloſ. in uerb. quandoq;. ff. ſol. mat. L. ab omnibus. §. cum qui-
dam. in prin. ff. de legat. 1.

† Tum uideamus, an præſcriptione ſaltem aliqua ius illud pacti ita ut dixi- 28.
mus cum dictione illa, quandocunq;, concepti pereat. Articulus frequens eſt, &
quæſtio planè uſitata, ideòq; accuratius tractanda. Petrus de Anchar. in ſuo
conſ. 331. Incip. Viſis diligenter actis & actitatis. col. 2. Verſ. Tertiò aduer-
tendũ, putauit, pacto de uendendo quandocũq; pro certo prætio, decem annis
ad minus præſcribi. Interpræ̈tari debemus id pactum, inquit ipſe, ſicut pote-
ſtatiuam conditionem: ut cum primum is poteſt, cui tale ius competit, fun-
dum dato precio redimat. L. rogo. ff. quando dies leg. ced. iuncta. L. hæc
conditio. ff. de cond. & demonſt. Curſus autem decennij illũ negligentiæ
arguit, iuxta tradita in ſimili in c. plærunq;. extra de reſcript. Igitur ſua mora
negligens & ceſſator decennio factus redimendi facultatem amplius non uide-
tur habere. Arg. d. L. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de legat. 2. Quod magna
æquitate niti exiſtimat: ut qui uult per oblationem precij à ſe fiendã quærere
ſibi contra alium actionem, offerre etiã precium teneatur cum primis poteſt,
arg. d. L. hæc conditio.

Cæterum ea de re magis propriè ac deliberatè diſſeruit Angel. Peruſinus in
conſ. ſuo. 55. Incip. Gulielmus & Franciſcus uendiderunt. Vbi ait iuri offe-
rendi precij pro redimendo fundo &c. Quod uenditori competit, poſſe an-
nis. 30. præſcribi, non paucioribus. L. Cum notiſsimi. §. eodem iure. ubi bona
gloſſ. in uerb. opponere, in ſecunda reſponſione Bulgarini. C. de præſcript.
30. uel. 40. annor. & altera gloſſ. in L. 1. §. nemo itaq;, in uerb. pro ſocio.
paulò ante fin. ipſius. C. de annali except. Vel utcunq; etiam iuri offerendi
precij nullo tempore præſcriberetur, tamen actio præſcriptis uerbis aut ex
uendito, quæ perſonales ſunt, & dantur uenditori, triginta annorum ſpatio pe-
ribunt. L. ſicut. §. 1. C. de præſcript. 30. uel 40. annor. d. L. 1. §. Ad hæc
infra, de annali except. Nec obſtat, licet dictum fuerit quod quandocunq;, aut
omni tempore uẽditor, uel eius hæredes redimere fundum poſsint &c. Ete-
nim non ob id præſcriptioni renunciatum cenſebitur. Poteſt ſanè (ſi cauea-
tur nominatim) decerni longius aut breuius tempus præſcriptioni: uerum
ea prorſus nequaquam poteſt tolli. Auth. quas actiones. Vbi gloſſ. in uer.
excluduntur. C. de ſacroſanct. Eccle. Quæ concluſio uitandæ infinitatis gra-
tia tanto iuſtior uiſa eſt. c. Cum in multis. de reſcript. Lib. 6. Et quamuis
etiam iureiurando confirmatum eſſet pactum, nihilominus tamen ſubintelli-
genda foret, ſicuti tradidimus in principali, talis conditio, ſi oblatum precium
& fundus petitus intra annos. 30. fuerit: quia iuramentum recipit conditio-
nẽ & naturã actus, ſuper quo præſtatur. L. fin. C. de non num. pec. Ad pro-
poſitũ Rom. in L. 1. ff. de uſucapi. Voluit hae dictione, quondocunq;, nullo
modo præſcriptionem longi temporis adimi, allegat tex. iuncta gloſſ. in c. 1.

in uerb. quandocunq;. in tit. de feud. dato in uicem legis commiſſo. Simili modo per dictionem, in perpetuum, adducit. L. prætor ait. §. hoc interdictum perpetuò. cũ gloſ. in uerb. perpetuò. ff. de op. no. nunc. Iſtã opinionẽ ſequutus eſt Fel. in Rub. extra de præſcriptio. col. penul. in c. Si diligenti. col. 4. uerſ. Secundum Correlarium. extra de foro compet. Pro hac parte conſuluiſſe olim Bal. refert Fabianus de Monte S. Sauini in Tractatu de empti. & uend. in 7. quæſt. Principali. folio 48. Et illud eſt Conſiliũ. 303. Cuius initiũ eſt, Ad euidentiam præmittendum. uerſ. quæro utrum ualeat pactum &c. Lib. 1. Vbi (quod plus eſt) conſuluit Bal. Ipſe, non ualere pactum, ut emptor abſq; ullo temporis fine teneatur retrouendere fundum uenditori, quo minus præſcriptio. 30. annorum tali pacto deroget. Iaſon hoc ipſum tenuit in L. petens. nu. 10. Supra C. de pactis, & in L. Si mater. nu. 5. C. de Inſti. & ſubſtit. Atq; Ioan. Franciſcus Balbus in Tractatu ſuo præſcript. in quarta parte. 5. partis principalis, quæſtione. 3. ſol. 116. Iſtud eſſe magis commune, quodq; iudicando & conſulendo ſit tenendum. Ac poſtremò quoq; huic opinioni accedunt Dominus Goziadinus & Moderni Taurinenſes hic. Atq; idem Goziadinus iſtam eſſe communem opinionem, cõtra quam difficilè eſſet obtinere propter auctoritatem Bal. Petri de Anchar. Angeli & aliorum. Et confirmari poteſt etiã iſtorum cõcluſio. Si quis promiſerit alteri ſoluere quotannis aliquid ſemper, nõ dicetur ab ea promiſsione excluſum præſcriptionis beneficium ob eam dictionem, ſemper. L. in rebus. §. omnis. C. de iur. doti. Vbi in ſimili uidemus, præſcribi actioni dotis. 30. annis, licet cauſa ipſius dotis ſit ſemper & ubiq; plena fauoris. L. 1. ff. ſol. mat. Quo loco ita Bal. proprie docet, nec non & in L. quòd ſi nolit. §. Si quid ita ff. de edilit. edict. Quæ communis opinio & ſi periculoſa nihil non uideatur ex his, quæ alij Doctores, nempe Fabianus de Monte in Tract: de empt. & uend. in 7. q. principali allegata, reliquiq; à Taurinenſibus hic relati, cõtra illam obiecerunt: falſa tamen eſſe atq; prorſus reijcienda ex his, quæ ipſe præter hos nouiſsimè ſubijciam, liquebit.

Primum facit textus ſecundum doctores contra præmiſſam opinionem in d. L. Quòd ſi nolit. §. Si quid ita. ff. de edilit. edict. Vbi in ſpecie dicitur, ualere pactum quo res in perpetuum poſsit redhiberi: per conſequens redhibitionem perpetuò eſſe permiſſam. Et nota quod ibi dicitur, poſſe à contrahentibus præfiniri tempus, intra quod res redhibeatur. Quod ſi non fuerit præfinitum, poterit redhiberi intra. 60. dies utiles à iure communi conceſſos. Poſteà ilicò ſubijcitur, poſſe etiam conueniri, ut in perpetuum redhibitio fiat. Quaſi uideatur dixiſſe Iuriſconſultus, non ſolum ad tempus certum præfinitũ, ſed & abſq; tempore finito huiuſmodi cautio redhibitionis rectè interponetur. Sed ſi defendere cõmunem malles, replicari poſſe ad hoc uidetur, quòd illa dictio, in perpetuum, quàmquàm multum temporis in ſe contineat, non tamen præſcriptionem. 30. annorum excludat, prout anteà oſtenſum eſt ex Romano in d. L. 1. ff. de uſucap. & gloſ. in L. ait prætor. §. Hoc interdictum. ff. de op. no. nunc. & L. 1. ff. ſol. mat. iuncta. L. in rebus. §. omnis. C. de iur. doti.

Secundo adducitur contra communem concluſionem: quia emptor, qui ſe obligauit quandocunq; reſtituere fundum recepto precio *, & ſcit fundum ſibi poſſe euinci, creditur eſſe in mala fide conſtitutus reſpectu præſcriptionis. L. apud antiquos. C. de furt. toto tit. ff. & C. de uſucap. & præſcription. Ideoq; nullo

nullo tempore præſcribit, c. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. c. quoniam omne, extra, de præſcript. Ad iſtud ſecundum reſponderi poteſt, non eſſe generale argumentum, utpote ſolummodo conueniens perſonæ emptoris, qui obligationem huiuſmodi à ſe factam ignorare non potuit: ſecus de perſonis hæredum illius dicendum eſt, qui iuſtam ignorantiam iſtiuſmodi obligationis habere facillimè potuerunt, L. qui in alterius, ff. de reg. iur. At uero lex iſta generaliter loquitur ſicut & quæſtio mota tàm de ipſo emptore, quàm eius hærede, merito parum decens contra communem ſententiam argumentatio illorum mihi uidetur. Hæc noſtra reſponſio (ne erres) procedit de æquitate cano, qua non obeſt mala fides defuncti hæredib. iuxta tradita per Dyn. in d. c. poſſeſſor, ante fin. uerſi. Item quæri poſſet &c. Vel rurſus reſpondebis ad hoc ſecundum obiectum: malam fidem, aut quid aliud tale non poſſe obijci emptori, qui legis auctoritate & iuris communis permiſſu præſcribit, arg. L. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſ. L. Grachus, C. de adult. L. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & facit, L. 1. §. uim ui. L. idem eſt, §. Eum igitur, ff. de ui & ui arm. L. ut uim. ff. de iuſti. & iur.

Tertio dein arguitur contra communem: ſi in pacto certum tempus, puta, 40. annorum, compræhenſum foret, intra quod uenditori fundum redimere liceret, utique ante illud tempus finitum nulla præſcriptio curreret, d. L. quod ſi nolit, §. ſi quid ita, ff. de edilit. edict. Ergò eadem ratione non præſcribetur unquam, ubi dictum fuit, in perpetuum, uel quandocunque, quoniam tunc perinde eſt, ac ſi finis huius pacti eſſet æternitas omnis æui. Id æque motiuum ſic tolli poteſt: procedit illud duntaxat, ſi hæ dictiones, in perpetuum, aut quandocunque, tempore nullo includerentur: Sed in infinitum uſque excurrerent. Verum accipi ſolent ſecundum ſubiectam materiam, & modò longius certumque tempus, modo breuius ſignificant, uti uidere eſt Inſt. de perpet. & tempo. act. in prin. ubi gloſſator notat, & Paulò ante ex Romani ſententia ac aliorum monuimus. Igitur communi per hoc identidem non derogatur conſultò.

Quartò, ſi præſcriptio tricennalis curreret aduerſus illud pactum ſic initum fruſtraretur opinione ſua uenditor, deciperetur uc, ratus nimirum abſque ulla unquam temporis præfinitione, aut meta ſe fundum redimere poſſe: quæ deceptio legib. improbatur. L. 1. §. Magiſtratum. el. 1. & 2. ff. de exercit. Ad iſtud ſimili modo reſponderi poteſt, uenditorem in caſu propoſito non decipi. Porro uerba illius pacti interprætari ac declarari debent ſecundum ius commune. † Indè dici ſolet contrahentium uerba non immutare 29. ſubſtantiam contractus. Si enim dico, me commodare tibi 100. aureos, certè non id erit commodatum, ſed mutuum potius, glo. ult. & doctores. in L. 2. C. de his qui ex pub. ratio. lib. 10. L. ubi ita donatur. & Bart. ff. de donat. cauſa mor. Vel ſi teſtator legaret. 10. ea conditione ut aliquid fiat: non propterea dicetur conditionale legatum illud, ſed tantum ſub modo factum. Bart. in L. quibus. §. Termilius. col. 2. uerſi. quod ſi teſtator dicit. ff. de cond. & demonſt. Et uerba accipienda ſunt prout natura & qualitas rei ſubiectæ patitur. L. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſtatu. lib. L. ſi in diem. in prin. ff. de cond. & demonſt. Quare quum dictiones prædictæ, in perpetuum, & quandocunque, admittant iure communi præſcriptionem. 30. annorum contra ſe,

tra ſe, ut dictum pridem eſt. Item actio perſonalis competens uenditori ex eo pacto natura ſui pereat annis. 30. exactis, conſequens eſt uenditorem in nullam deceptionis, præter ſpem incidere plagam.

Quinto quoq; ac ultimo adducunt, quia communi calculo recedunt, fauorem huius pacti de redimendo: quoniam uenditus fundus reuertit per illud pactum ad manus prioris domini, & ſic ad ſuam naturam: ideoq; fauoris plenum eſt, atq; latè ſumendum, arg. L. ſi unus. §. pactus ne peteret. in uer. quod & in ſpecie. ff. de pact. c. ab exordio. 35. diſtinct. glo. in c. ſtatutum. in uerb. numerandum. de præbend. lib. 6. Cæterum uerò abijcies tu rectè propoſitam argumentationem, quia uerum eſt, interpretationem illam, quæ nos reducit ad primæuam rei naturam, eſſe fauorabilem & cum primis amplexandam, uelut quando res propriam habet naturam à lege aut ſtatuto tributam, quemadmodum annotatæ indicant leges. Diuerſum autem eſt in caſu noſtro dicendum, ubi per retrouenditionem fundi non poteſt uideri fundus ille ad ſuam priſtinam naturam redire. Natura enim agrorum aliarumq; rerum eſt, ſeruire homini, cuius cauſa res cunctæ à Deo ſunt creatæ in mundo. L. in pecudum. ff. de uſur. L. Iuſtiſsimè. ff. de edilit. edict. Et prout quiſq; de re ſua legitimè diſpoſuerit, ita ius erit. L. uerbis legis. ff. de uerb. ſignif. L. in re mandata. C. mandati. §. Diſponat. in auth. de nupt. L. Gaius. §. Titius. ff. de leg. 2. Vndè ait Iuriſconſultus in L. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. 1. noſtra deſtinatione fundorum nomina & domorum non natura conſtitui. Igitur non poſſumus dicere quòd fundus ille magis redeat ad ſuam naturam, ſi retrouendatur priori domino, quàm ſi remaneat penes emptorem, qui eſt ſecundus dominus.

Poſt hæc reperi dominum Ioannem Crotum. in L. nemo poteſt. num. 81. affirmantem, ſibi magis hanc placere opinionem contra communem, olimq;
30. ſe ita etiam conſuluiſſe. † Illud eius conſilium quum nuſquàm uiderim impreſſum, magno ſtudio ſcriptum quæſiui (Sic enim conſuluit inter quoſdam Germaniæ nobiles) atq; omnia, quæ in propoſito aduerſus communem ſententiam faciunt ex illo decerpſi.

Dictio illa, quandocunq;, ſecundum eum dubio procul temporis infinitatem denotat: proindè talis infinitas contrahentibus placita, eſt minimè reſpuenda. Regula namq; traditur, ut quoties uerba in contractibus, ſunt apta ad infinitatem, toties infinitas illa tolleretur. L. ſi ita ſtipulatus à Seio fuero. ff. de fideiuſſ. Vbi propter illam dictionem, quandocunq;, in ſtipulatione adhibitam, itur in infinitum uſq;. Sed reſponderi poteſt illam legem huc non ſpectare, neq; ad quæſtionem motam rectè trahi. Stipulor à te quantam pecuniam Titio quandocunq; credidero: ualet ſtipulatio, inquit Iuriſconſultus, ita ut ſi uel ſæpius crediderim pecuniam Titio nihilominus tu in omnes ſummas mihi futurus ſis obligatus. Ratio dubitandi principalis in eo textu fuit, & potiſsimum atq; unicum dubium, quòd uidebatur, ſi ſemel ego pecuniam Titio crediđiſſem, te mihi ſemel fore ex ea numeratione obligatum, ſtipulationemq; totam confeſtim euanuiſſe: ſiquidem uerba prolata intelligenda ſint regulariter de prima uice, reiterationemq; non admittant. L. Boues. §. Hoc ſermone. ff. de uerb. ſignif. Veruntamen contrarium Paul. inibi reſpondet propter illam admotam dictionem, quandocunq;, inquiens, &

ſi ſæpius

ſi ſæpius Titio, ne tantum ſemel pecuniam credidero, te mihi obligatum ſæpius iri. Vndè compertiſsimè liquet, nihil prorſus ex eo loco, quod ſententiæ communi deroget, poſſe elici. Quinimò in d. L. ſi ita ſtipulatus à Seio fuero. non negatur quin ego amiſſurus eſſem omne ius meum ex illa ſtipulatione contra te, ſi annis. 30. continuis ſuperſediſſem aliquid pecuniæ Titio mutuare. Omnis etenim actio, omne ius aut obligatio tanto tempore perit. L. ſicut. §. 1. & per tot. penè illum tit. C. de præſcript. 30. uel. 40. an. Maximè autem quod ſæpe dicta dictio illa, quandocunq;, & ſimiles finiuntur, ut anteà dictum eſt. 30. annorum ſpatio. glo. in c. 1. in tit. de feudo dato in uicem leg. commiſſ. d. L. 1. ff. Sol. mat. iuncta. L. in reb. §. omnis. C. de iure doti. cum ſimilibus. Et dominus Crotus alioquin peracuto ingenio uir, iſtas non ſuſtulit difficultates.

Deindè adducit alium textum in L. in annalibus. inf. de legat. ubi teſtatoris legatum factum mihi, hæredibuſq; meis, extenditur in infinitum, ut relicti ex actio non ſolum primis hæredibus meis, ſed & hæredibus hæredum meorũ in infinitum competat, ſicq; ergò infinitas tolleratur. Crediderim ego illum textum non meruiſſe ad hoc propoſitum ſubortæ quæſtionis allegari. Primum nulla legitur ibi dictio, quandocunq;, aut ſimilis. Et Imperator met, qui legem eam tulit, dicit illud pro teſtatoris uoluntate ita ſeruari. Et ratio eſt minimè obſcura, quoniam appellatione hæredum alicuius, omnes in infinitum continentur hæredes eius. L. fi. C. de hær. inſtit. Cui ergò mirum uideri poteſt, præſtandum eſſe huiuſmodi legatum hæredibus meis in infinitum, ſi ita teſtatori, qui pro libero arbitrio de rebus ſuis iure diſponit, uiſum planè fuerit?

Nititur alia ratione Crotus in eo, de quo diximus, conſ. fuit illud pactum de retrouendendo collatum in liberam uoluntatem uenditorum hoc modo, ut quocunq; anno uoluerint, poſsint redimere ab emptore fundos illos &c. Sed facultati implendi poteſtatiuam conditionem nullo unquàm tempore præſcribitur, ſecundum Bart. in L. pignori. in fin. prin. ff. de uſucap. per textum in L. fin. ff. de conditio. Inſtit. Igitur neq; illic præſcriptioni locus erit.

Errauit utiq; toto cœlo Crotus, & falſum eſt eius aſſumptum, in illo pacto fuiſſe conditionem aliquam poteſtatiuam. † Nam poteſtatiua conditio 31.
ſicut alia quæuis, fit per illas præpoſitiones, ſi, aut, cum, quarũ nulla uel in quæſtione Croti interuenit. gloſſ. eſt communis & à doctorib. recepta in L. 1. in uer. pro conditione. infra de his, quæ ſub modo leg. uel. fideiuſmiſſ. relinq. Et altera glo. in L. qui promiſit. ff. de condic. indebiti. Quod autem in pacto uirtualiter continetur, ſi uenditor obtulerit pretium &c. illud non ex ui conditionis, ſed ex natura contractus accidit. Aliàs agere contra emptorem uenditor non poſſet. L. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Bene facit textus in c. illo uos. ibi, & ex forma contractus uenditio non appareat conditionalis, ſed pura: quamuis per conditionem poſsit reſolui &c. extra de pignorib. Et quod in eiuſcemodi pacto nulla ſit poteſtatiua conditio, planè teſtatur Pet. de Anch. in allegato ſuo cõ. 331. col. 2. uerſ. aduertendũ. Vbi decidit, tale pactum ad inſtar poteſtatiuæ conditionis habendum, interpretandumq;: negat autem poteſtatiuam omnino in illo eſſe conditionem. Aut ſi in illo pacto adeſſet poteſtatiua conditio, quemadmodum non eſt, nihilomagis ſententia Croti ualeret. Eſto ſic ſanè uti Bart. docet in d. L. pignori. quod poteſtatiuæ condi-

tioni nullo tempore præſcribatur: attamen cum primis poteſt implere condi-tionem is, ad quem implere ſpectat, debet conditioni ſatisfacere: alioqui am-plius ei id iuris implendæ conditionis non erit. L. Hæc conditio. ff. de con-dit. & demonſt. Et aiebat Pet. de Anch. in præd. eius cõſ. curſum decennij ad ſummum ſufficere, ut quis credatur potuiſſe ſemel diſtractum fundum redi-mere: quod ſi non fecerit, neq; poſthac, uelut, negligens & ceſſator, redimere fundum queat. Allegat Anch. in argumentum, c. plerumq;. extra. de reſcript.

32. † Et eſt inſignis nota in illo conſ. Domini Croti, quod nõ reſponderit ad ea, quæ in medium obijciuntur pro communi ſententia, neq; contrariam ſibi Petri de Ancharano opinionem expugnarit, aut de ea mentionem fecerit: ac proindè difficultatis neruum haud quaquam euulſerit.

Quid ergò tenendum? Nunquid & communi prudentium decreto acce-
33. demus? Id quod nuper nos eſſe facturos pernegauimus. † Diſſentio ipſe planè doctoribus illis in hac parte, & in contrariam ſententiam (pacto ſcilicet retrouendendi quandocunq; nullo tempore præſcribi) facilè eo.

Scire primum oportet: has dictiones, in perpetuum, ſemper, & quando-cunq;, à doctorib. eiuſdem efficatiæ dijudicari, omneſq; in eodem ſignificato accipi. Vndè loquentes de ui unius, omnes nos cõplecti exiſtimabis. † Præ-
34. tereà hoc diſtant hæ dictiões in perpetuũ, ſemper, & quandocunq;, à dictione, in æternũ, quod dictio in æternũ, nullo tempore, nullo æuo finem habet. L. nulla ſocietatis, & ibi glo. ff. pro ſocio. Dictio uerò, in perpetuum, aut ſimilis uariè accipitur, uti ſubiecta materia ſuadet. In cõtractu namq; ſocietatis, quæ ſui natura ad hæredes nõ tranſit, ſed morte ſocij finitur, ſi hæc dictio poſita ſit, ui-tam hominis non excedit. L. 1. ff. pro ſocio. L. hæres. L. adeò. eod. tit. Si ad litem iudiciariam referatur, ultra illius litis fatalia non progreditur. L. exceptio-nes aut perpetuæ. ff. de except. ſeu præſcript. Quando uerſamur in præſcri-ptionum materia, modò ad annos. 30. modò ad 40. modò ad breuius tem-pus extenditur. Inſtit. de perpet. & temp. act. in princ. ubi per glo. in uer. conſtitutionibus. Cum autem extra prædictos terminos à legiſlatore pro-fertur ea uox, tunc uel pro dictione, generaliter, uel pro tempore infinito ipſa ſumitur. L. ſi uſusfructus municipibus. ff. de uſufruct. legat. L. de acceſsioni-bus. in prin. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcript. L. ædita. ſupra de ædend. L. 1. cum glo. in uer. perpetua. ff. de contrah. empt. L. Iuriſperitos. in pr. & ibi Bart. per illum textum. ff. de excuſ. tut. §. Item loco tutorum. Inſt. de cu-
35. rat. §. Hi enim qui. Inſt. de excuſat. tutor. † Idem ſi à contrahentibus quid in perpetuum, aut quandocunq; dandum uel faciendum caueatur, & mate-teria ſeu contractus ſit tranſitorius ad hæredes: tũ hæ dictiones abſq; tempo-ris fine ullo conſtarent ſecundum Florianum de S. Petro in L. in hoc iu-ditium. §. ſi conueniat. uer. Sed ſi in contractu ſui natura tranſitorio ad om-nes hæredes. ff. communi diuid. per. L. eum debere columnam. ff. de ſer-uitutibus urb. præd. Quamobrem in ſubiecta quæſtione tex. noſtri, quum ius illius pacti de retrouendendo tranſeat ad quoſcunq; & in quoſcunq; emptoris & uenditoris hæredes, ſicut in primo notabili anteriore loco oſten-dimus, reliquum eſt ex proximè adductis eas dictiones nulla præſcriptio-ne temporis, quantumuis longiſsimi, cogi, ſed abſq; temporis fine peni-tus haberi.

† Aut etiam dices in illo pacto de retrouendendo quãdocunq; &c. uirtua- 36.
liter ob eam dictionis authoritatem contineri, ut quotiens ius redimendi illius
ſundi eſſet amiſſum, ueluti præſcriptione. 30. annorum, aut aliàs quomodo
libet, totiens nihilominus reuiuiſceret, ut quandocunq;, id eſt, in perpetuũ, ſeu
omni tempore liceret Venditori aut eius hæredibus fundum ſemper redimere.
Alioqui nihil operaretur ea dictio, quandocunq;: quod à contrahentiũ mente
alienum eſſet. Indico ad hoc propriè doctrinam Bart. qua communis contra-
riæ opinio falſa redditur, in L. ſicut in annos. per illum tex. in prin. ff. quibus
mod. uſusf. amitt. Quærit ibi Iuriſconſultus, ſi cui, quamdiu uiuat, legetur
uſusfructus, an propterea legati uerba quam diu uiuat, cenſeatur repetitum le-
gatum, eiuſdem uſus fructus, quotiens amiſſus eſſet idem uſusfructus, puta, ca-
pitis diminutione legatarij: reſpondet legislator, legatum intelligi ſemper repe-
titum uſq; dum is legatarius uixerit. Quare Bart. eo loco aiebat: per eam le-
gem, ſi cui quid legetur, quòd poſsit legatarius ab hærede petere, quandocunq;
&c. quamuis petitio eius legati præſcriptione aliqua fortè eſſet ſublata (licet
Bart. & tũc dubitet, an locus ſit præſcriptioni aduerſus illam dictionem, quan-
docunq;) tamen, hoc etiam admiſſo, quod currat præſcriptio, dicentur eſſe
ob eam dictionem, quandocunq;, plura legata, & ſublato uno legata per præ-
ſcriptionem ſuccedit iterum aliud propter tacitam repetitionem. Quam deci-
ſionem dicit eſſe notatu dignam, quia multis quæſtionibus poſsit eſſe peruti-
lis. Et benefacit ad eam tex. in ſimili. in d. L. eum debere columnam. ff. de ſer-
uit. Vrbano. præd. Nimirum Petrus de Ancha. alibi in conſ. 27. Incip. Non
ſeruato ordine dubiorum. col. 4. uerſ. dixi ſecundo &c. De proprietate iſtarũ
dictionum diſſerens ſcribit, id perpetuum dici, ſiue in perpetuum fieri, quod in
locum deficientis ſubrogatur, allegat præd. L. eum debere columnam. de
ſeruit. urb. præd. Hanc partem contra communem tenebis conſulendo &
iudicando, ea præſertim quoq; ratione, quoniam appoſita fuit illa dictio, quan-
docunq;, in materia tranſitoria ad hæredes, ſicuti cum Floriano nuper diximus.

Supradicta ſic procedunt, quando non fuiſſet appoſitum iuramentum
in pacto illo de retrouendendo, quandocunq;. Sin uerò pactum etiam iu-
reiurando eſſet communitum, utiq; multò magis locus foret prædictis, quum
efficatius quis obligetur interuentu iuramenti, quàm ſine eo. auth. Sacramen-
ta. & quod ibi notatur. ſupra. ſi aduerſ. uend. & arg. eorum, quæ habentur in
materia. L. ſi quis maior. ſupra. de tranſact. per Imolam & Alex. in L. miles.
§. Decem. ff. de re iud.

Neque te moueant quæ pro communi ſunt nuper adducta: Namq; admit-
tas licet tricenariam præſcriptionem in hoc ipſo, de quo agitur, pacto, attamen
rurſus poſt illã præſcriptionẽ reuiuiſcet ilicò pactũ, ut quandocunq; uendito-
ri, eiuſq; hæredibus fundum redimere integrum ſit. d. L. Sunt in annos. &
Bart. ff. quibus. mod. uſusfruct. amitt. Item cum uerſemur in materia, quæ
eſt tranſitoria ad hæredes, non eſt locus in generali illa dictione, quandocunq;,
uel ſimilib. præſcriptioni, per ea, quæ pridem ex Floriano tradidimus. Locum
proinde habebit præſcriptio tricennalis cum effectu in uocculis illis generalibus
duntaxat, quando inditæ ſunt diſpoſitioni, quæ ad hæredes ſui natura non
tranſeat. Tuncq; allegatæ in contrarium authoritates fortè aliquid ualere po-
terunt.

Neque aduerſatur, quod eſt obiectum de infinitate uitanda &c. Regulare illud eſt: cæterũ fallit ut hic & multis aliis caſibus, in quibus toleratur infinitas, ſi modo uerba apta ſint, iuxta notata per Bart. in L. qui bona. §. fin. ff. de dã no inf. cum ſimilib. proximè adductis. Cum etenim contrahentium ſit, quã malunt legẽ contractui præſcribere. L. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti. Aequi us itidem uiſum eſt, infinitatem inter emptorem & uenditorem ipſis ſolis uel utilem uel noxiam tacitè pactam ſic admitti.

Non denique obſtat, quod allegatur de cauſa dotis: quæ etſi ſemper ac ubique præcipua eſſe dicitur, nihilominus tamen præſcriptio aduerſus eam efficax & cum effectu recipitur, d. L. 1. ff. ſol. mat. L. in reb. §. omnis. C. de iure doti. Tolli poteſt eiuſcemodi difficultas negando, quod Iuriſconſultus propriè ac ſimpliciter dixerit, cauſam dotis ſemper & ubique fore præcipuã. Quinimo ad di oportet generalibus illis uocibus legis aduerbium ferè. Sicque ut non ſemper, id eſt, omni caſu, ſed fermè adeò ſemper dotis cauſa ſit præcipua habenda. Ita doctè monet gloſſator in præallegata. L. 1 in uerb. ſemper, ad fin. dum op ponit eidem uerborum generalitati tex. in L. maritum. eodem. tit. ſol. mat. Quam expoſitionem, uelut maximè congruam, probat ibidem Bart. nu. 19. uerſ. nunc uenio ad ſolutionem contrarii. Quare talis adhibita expoſitio om nem in ſubiecta controuerſia facilè conciliat repugnantiam: & obiectionem illam præſcriptionis dotis eſſe alteram ab regula exceptionem oppidò indicat. Aut etiam aliter perappoſitè reſpondebis: nempe in d. L. in reb. §. omnis. & per totam eam legem Imperatorem loqui de hypotheca dotali, quæ præ rogatiua illa gaudet, ut aliorum hypothecis quantumlibet tempore priorib. in mariti bonis præferatur. Cæterum tale priuilegium hypothecæ dotis ad hære des non tranſit. L. un. C. de priuileg. dot. declarat Bart. in d. L. 1. nu. 2. ff. ſol. mat. Ideóque generale aduerbium illud, ſemper, infinitatem temporis non continebit, ac per conſequens præſcriptionem iure non euitabit, per ea, quæ ex Floriani præſcripto haud multò antè indicauimus.

Videamus iam, quando inter emptorem & uenditorem pactum de retro uendendo ſine illarum uocum generalitate, ſineque iuramento ſimpliciter factũ eſſet, quanto tempore eidem pacto præſcribatur. Quæſtio parum habet diffi
37. cultatis. † Pro executione talis pacti cõpetit uenditori perſonalis actio præ ſcriptis uerbis, aut ex Vendito, quæ, 30. annis perit. d. L. ſicut. §. 1. infra de præſcript. 30. uel 40. anno. L. 1. §. Ad hæc, infra de annal. except. Itaque tanto tempore deſinet uenditor ex eo pacto aduerſus emptorem poſſe agere.
38. † Sic & illo eodem propriè temporis ſpatio iuri hæreditatis adeundæ præſcri bitur. gloſſ. eſt ſingularis in L. quamdiu. la. 1. ff. de acquir. hæred. notatur in L. licet. infra de iure delib. Felin in c. de quarta. col. 8. extra de præſcript. Corneus in conſ. 17. & conſ. 70. lib. 4. Identidem remedium. L. 2. ſupra. de reſcind. uenditio. 30. annis perit ſecundum Bart. & alios inibi, & Corne um in d. conſ. 17. col. 6. lib. 4. Ita determinant Moderni Bononienſes hic, reſpondentes abundè obiectionibus Petri de Ancha. in præallegato conſ. 331. ubi niſus eſt defendere Petrus, quod annis. 10. uirtus illius pacti de re trouendendo, quantumcunque etiam generaliter atque latè concepti planè ex tinguatur.

Sin au-

Sin autem pacto ſimplici de retrouendendo additum fuiſſet iuramentum,
quæritur an præſcriptio. 30. annorum obſtet uenditori. † Pro parte affirma- 39.
tiua illud facit: quoniam ſimplici pacto de retrouendendo abſq; iuramento
præſcribitur tanto tempore, uti proximè oſtendimus: cæterum iuſiurandum
induit naturam & qualitatem diſpoſitionis, cui apponitur. L. fin. infra. de
non num. pec. Igitur nihil plus temporis in præſcriptione iurati pacti, quàm
non iniurati, deſiderabitur. Id quod & Angelus in d. ſuo conſ. 55. uerius
eſſe arbitratur. Sequuntur Fel. in Rub. extra de præſcript. col. antepen. Iaſ.
in d. L. ſi mater. infra de inſt. & ſubſt. Quo loco refert, ſe pro hac parte ſæ-
penumero conſuluiſſe. & in L. petens. ſupra de pactis. Nec non & Balbus in
d. eius Tract. præſcriptionum: in quarta parte. 5. partis principal. quæſt. 3.
fol. 116.

Non aſſentit iſtorum decreto dominus Ludouicus Goziadinus hic, uir
planè excellentis doctrinæ, ingenijq; haud mediocris. Iuramentum præſtitum
etiam in contractu, ait ille, habet uim litis conteſtatæ. Eſt doctrina Bart. de
hoc cõmuniter probata in. L. Nam poſtea quã. §. ſi is qui tẽporali. per illũ tex. ff.
de iureiur. Litis aũt cõteſtatio actionẽ, quæ tẽporalis aliàs erat, perpetuã, ad. 40.
ſcilicet uſq; annos reddit. L. fi. infra de præſcript. 30. an. L. 1. §. Exceptis. infra de
annal. except. Igitur eiuſcemodi pactũ ſimplex de retrouendẽdo firmatũ iura-
mẽto nõ annis. 30. ſicut ſcribẽtes illi contendunt, ſed. 40. tantum peribit.

Neq; refragatur ſententiæ Bart. atq; aliorũ, quòd Iuriſconſultus in d. §. Si is
qui temporali. uideatur loqui ſolum in iuramento iudiciali: quandoquidẽ debe-
at ſecũdũ Iacob. Butrigarij, Bart. & reliquos ibidẽ intelligi quoq; ille textus de
iuramento extraiudiciali, quod præſtitum ſit in contractu: quia iuriſconſultus
generaliter loquitur. Vndè illic Rom. dicebat ſi ſtatutum diſponit, quòd ubi
creditor diſtulerit decennium petere debitum, ſit petitione poſthac excluſus:
non fore locum tali ſtatuto in contractu iurato. Tum enim iuſiurandum in
annos. 40. petitionem producit. Quod dictũ Romani & præmiſſam conclu-
ſionẽ Angel. inibi ſequitur. Et ibidẽ Rom. in. L. naturaliter. col. 1. ff. de uſu-
cap. Bartholomeus Veronẽſis cautela. 35. Iaſon. in. §. De conſtituta. Inſt. de
actio. Feli. in c. 1. col. 3. uerſ. limita ſecũdo extra de præſcript. Idẽ Iaſ. in. §. Sed
aliquando. in additionib. ad Chriſtophorũ Porciũ. Inſt. de uſucap. Hypolit.
de Marſilijs Bononienſis in ſuo Sing. 141. Incipiente. Audiuiſti. forte aliàs

† Reſpondet præterea argutè Goziadinus ad. L. fin. C. de non nume. 40.
pec. Iuramentum imitatur naturam contractus, cui apponitur, &c. Verum
quidem hoc eſſe, reſpectu rei debitæ, ne in plus quis obligetur propter iuramen-
tum præſtitum. Ita proprie habetur in d. L. fin. At uerò Secus reſpectu effi-
catioris obligationis, quæ iureiurando interueniente, ſolidius dubio procul,
neruoſiusq; contrahitur. Auth. Sacramenta, ubi copioſe traditur. C. ſi ad-
uerſ. uend. faciunt notata Imolæ & Alex. in. L. miles. §. Decem. ff. de
re iud. cum ſimilibus. Hæc reſponſio Goziadini non placet. Nam alias ui-
demus fideiuſſorem non poſſe in plus obligari, quàm principalem, pro quo
fideiubet. L. 1. per totam. ff. de fideiuſſ. Attamen ſi fideiuſſerit cum iu-
ramento, obligatur in duriorem etiam cauſam, ſiue maiorem ſummam.
Bart. in L. Si quis pro eo. col. ultima. ff. eo. de fideiuſſ. Rurſus inquit:
diſpoſitionem. d. L. fi. procedere ratione deficientis conſenſus: Vt ſi con-
fitens

fitens, ſe recepiſſe pecuniam mutuam ſub ſpe futuræ numerationis, noſ lit obligari, nec obligetur ad eam reſtituendam, niſi reuera numeretur, ita niſ hilominus obligatur propter additum confeſsioni iuramentum. Hic intelleſ ctus non eſt Goziadini: quandoquidem ita propriè reſpondet. Bart. in L. Si quis pro eo. ad fin. ff. de fideiuſſ. & inquit Bal. in. L. 1. in. 2. quæſt. C. commod. ubi actus non ualet ex præſumptione deficientis conſenſus, ibi iuraſ mentum nihil operatur. In quæſtione autem noſtra actiones perſonales. 30. annis pereunt, non quia lex præſumat, ultra id temporis deficere conſenſum contrahentium, puta, quòd intelligeretur ſub conditione obligatio pacti conſ tracta, ſi intra. 30. annos retrouenditio fuiſſet petita &c. Sed illud ſic accidit in odium negligentis proſequi ius ſuum. notatur in. c. ſi. extra. de præſcripti. Inſti. de uſucap. circa prin. L. fin. §. Sed licet, ibi, cum non ſimilis, &c. C. de præſcript. 30. anno. Quæ negligentia tanta non eſt in illo, qui uel fuit liſ tem conteſtatus, uel pro tali habetur beneficio iuramenti præſtiti. d. L. fin. in §. Sed licet. C. de præſcript. 30. uel 40. anno. Proinde non conſtat differre plurimum terminos quæſtionis noſtræ à diſpoſitione illius. L. fin. C. de non num. pec.

Dura mihi & acris nimium uidetur communis illa deciſio Bart. in d. L. Nam poſteaquam. §. Si is qui temporali. ff. de iureiur. † Verba etenim tex.
41. clara ſunt, & ad iudiciale iuramentũ illam legem pertinere haud obſcurè proſ dunt. Cur ergò Bart. id decretum ad iuramentum extra iudicaliter in contraſ ctu præſtitum trahat, ratione præſertim eadem minime ſuadente, non ſat inſ telligo. Ibi apertè Iuriſconſultus in uerbis illis, quia poſt litem cõteſtatam &c. affirmat per eam iuramenti delationem in iuditio litis fieri conteſtationem. Quod per ſe alioquin etiam patet: Cum enim litis conteſtatio fiat per narraſ tionem actoris & negationem aduerſarij. L. 1. ubi gloſſ. & doctores. C. de lit. conteſt. nulli dubium quod reo deferente actori in iuditio iuſiurandum, conteſtatio litis peragitur. Quamobrem extendere uirtutem illius iuramenti, per quod uerè ac propriè litis conteſtatio ſic, ad iuramentum, per quod nulla prorſus uel re, uel aptitudine agitur conteſtatio litis, iniquum ſatis uidetur. Aliud quoq; cogitabam. in d. §. ſi is qui temporali. Iurat creditor, & ad utiliſ tatem propriam & in iudicio. In contractu autẽ iurat regulariter debitor extra iudicium, non quidem ad utilitatem propriam, ſed contra ſe, quò magis obſ ligetur creditori ſuo. Illationem proinde iſtam à remotiſsimis petitam finib. uix probo. Cogitabis tamen tu hæc altius aliquando, mihi etenim in præſentia non uacat.

Poſtremò collige ex iſto textu, pactum de retrouendendo pro eodem preſ
42. cio, non improbari legib. Sed nominatim recipi: † Neq; contractum uſuraſ rium, aut pignoraticium ob id propterea præſumi, ut anteà notauimus. Ideòq; nec emptor imputabit ſibi fructus, quos ante oblatum precium legit in ſorſ tem, quinimò lucrabitur eos, quemadmodum Cæſar ſub finem legis appoſitè hic explicat: quod & Bal. animaduertit. Et iure Canonico æque eſt admiſſum. Archidiaconus ſic tradit in. c. plærique. 14. quæſt. 3. Abb. in c. ad noſtram. col. 1. uerſ. primus caſus. poſt gloſſ. ibi. in uerb. patet. extra de empt. & uend. gloſſ. & doctores in. c. Conqueſtus. extra de uſur. Sed his repugnare uideſ tur: quando ex pacto uel aliàs reſoluitur contractus, debent percepti fructus

cum re

cum re principali reſtitui, L. cum autem, §. quum redhiberetur, L. quod ſi nolit, §. pen. & fin. ff. de edilit. edict. L. Imperator. ff. de in diem adiect.

Vnde pro ueritate præſentis articuli aliquæ nobis erunt concluſiones conſtituendæ. † Sit itaq; prima concluſio: re uendita pro iuſto precio, & collata per pactum rei redimendæ poteſtate in uenditorem, cõtractum uſurarium aut ſimulatum non præſumi: fructus uerò emptorem ea ratione lucrari, quòd uenditor, cui licuit, rem illam prius non redemit, ut hic: & Archidiac. Abb. & reliqui in locis antea citatis. 43.

Secunda eſt concluſio: † ubi facultas reſoluendi contractum ſeu redimendi rem uenditam eſt collata in arbitrium emptoris aut tertij cuiuſpiam, puta, offerentis meliorem conditionem, rem cum fructibus emptor (quaſi nihil ſit tunc quod poſsit uenditori obijci, cur contractum reſoluat) reſtituet, d. L. cum autem, §. cum redhiberetur, ac alijs ſimilibus adductis. Ita cenſuit Abb. poſt Io. And. in c. illo uos. num. 6. extra de pignor. & hic Taurinenſes ſequuntur. 44.

Tertia eſt concluſio: † quando fit pactum de retrouendendo ea lege, ut poſt certum tempus quandocunq; res pro eodem precio poſsit redimi, antè non, & modico precio res fuit empta: tunc contractum præſumi uſurarium: per conſequens rem cum fructib. oportere reſtitui, aut in ſortem fructus computari, d. c. ad noſtram. ubi doctores per illum textum, extra de empti. & uendi. c. conqueſtus. extra. de uſur. 45.

† Sed modic dubium, an ſola precij modicitas cum pacto de retrouendendo ſimpliciter arguat præſumtiue contractum ſimulatum: aut potius aliud cum exiguitate precij in ea præſumptione deſideretur. Innocentius, quem refert Ioannes And. in d. c. ad noſtram. in fin. tenet per illum textum, modicitatem precij ſolam cum pacto de retrouendendo, non ſufficere tali præſumptioni. Et Abb. Antiquus aiebat, id plurimum uerbis illius capituli conuenire. Huc ſpectat quod refert Cyn. in L. 3. C. plus ual. quod agi. Iacobum de Arena exiſtimaſſe, hæc tria ſimul etiam concurrentia, emptorem uſurarium, precium modicum, & de retrouendendo pactum, non inducere ſimulationis præſumptionem. Et Ioan. And. commemorat in c. illo uos. col. 2. uerſ. Iacobus de Arena. extra. de pignor. † Namq; in dubio contractus non iudicatur ſimulatus, ſed ſtandum eſt inſtrumento, donec contrarium doceatur, L. cum precib. ubi doctores. C. de probati. c. accepimus. §. Interim autem. extra. de fid. inſtr. Itaq; quum nominetur in Inſtrumento ille contractus emptio & uenditio, talis nimirum æſtimabitur, qualis in ſua forma apparet. c. in ciuitate. ibi. ex tali forma. extra de uſur. Et Bal. in L. rogaſti. §. ſi tibi. ad fin. ff. ſi cert. pet. ait in dubio contractum non cenſeri uſurarium. Videtur hoc quoq; ſatis conſtare ex d. c. ad noſtrã. ubi Pontifex non ob ſolam precij modicitatem, ſed principaliter, quia cautum fuerat, ut ante certum tempus non poſſet redimi fundus, ſicq; emptor intereà temporis lucrum certò ex ſua pecunia capere ſtudeat, iudicat illum contractum ſimulatum. Et inquit glo. in. L. dolus. in uerb. non ex quantitate precij. C. de reſcind. uend. non præſumi dolum ex quantitate precij ſola, ſed cum alijs concurrentibus inditijs ſic. 46. 47.

† Hanc partem conſulendo æmulatus fuiſſe uidetur Pet. de Ancha. in 48.

conſ. 9. incip. Plurimæ coniecturæ. per totum, ubi ex plurib. tantum ſimul congeſtis ſuſpitionib. contractum emptionis in propoſito ſibi themate ſimulatum oſtendit. Et multò apertius alio conſilio. 257. Incip. ſi præ dicta ſententia. col. 1. uerſ. diſcutiendum eſt &c. Id ipſum manifeſtè uoluit Alex. in conſi. 109. Incip. Viſo proceſſu cauſæ. col. fi. uerſ. nec contractus, lib. 4. Aſſeuerans ex pacto de retrouendendo cum ſola modicitate precij non argui contractum ſimulatum in fraudem uſurarum: illamq; eſſe magis communem opinionem teſtatur, quia contrarium non apparet iure cautum Corne. conſ. 224. 241. & conſ. 346. col. 5. uerſ. Nam ſunt tres opiniones, lib. 1. Socin. antiquior in conſ. ſuo. 155. Incip. Præſtantiſsime Doctor. col. fin. uerſ. Sed ad hoc reſpondetur. lib. 2. & in conſ. 248. Incip. Nunquid ex duab. præſumptionibus, per tot. lib. 2. Decius conſ. 167. Incip. In cauſa, quæ coram Reuerendo uicario col. 2. lib. 1. Bartholomeus Veronenſis copioſè in ſuo Tract. ſimulationis contractuum, ante finem, nec non & Moderni Bononiens. hic, Taurinenſeſq; ſimul adfirmantes hanc magis communem eſſe atq; tenendam ſententiam.

Pro quorum opinione facit: quòd deceptio, quæ dolo caret & ultra dimidiam iuſti precij non excurrit, in precio emptionis & uenditionis contrahentib. eſt naturaliter impunè permiſſa. L. in cauſæ. la. 2. §. Idem Pom-
49. ponius ait. ff. de minor. L. ſi uoluntate. C. de reſcind. uend. † Et ratione illius oneris annexi de retrouendendo res utiq; æſtimatur minoris. L. fundi partem. ff. de contrah. empt. Abb. in d. c. ad noſtram. col. 2. uerſ. Secundò quia res, & in c. In quibuſdam. in 2. notab. extra. de decim. Eſt textus in L. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. habes clariorem textum in L. ſi
50. ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de actio. empti. † Atqui etiam ratione uicini petulantis & moleſti res minoris æſtimatur. L. Quod ſæpe, in fin. ff. de contrah. empt. Quare quum filio debeatur legitima de bonis patris abſq; grauamine ullo. L. quoniam in priorib. C. de inoff. teſt. §. 1. in auth. de trien. & ſemiſſ. non debebit ei res tradi, quæ habeat uicinum contentioſum, ſi aliundè poſsit legitima detrahi. Angel. & Alex. per il-
51. lam rationem ſic tradunt, in L. in quartam. ff. ad L. Falcid. † Simili modo res minoris eſſe precij creditur, ubi dominus uolens eam uendere, non poteſt, qui fideiubeat pro euictione, aliquem inuenire Bart. & doctores communiter in d. L. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.

52. † Altera eſt opinio adfirmatiua, ut ex modicitate precij cum pacto de retrouendendo ſimulatus ille præſumatur contractus. glo in c. conqueſtus. in uer. de feudo, ante fi. extra. de uſur. Archid. in c. plærìq;. 14. q. 3. & Albericus in L. emptione. C. plus ual. quod ag. ſcribit, ſe ita de facto in ſubiecta quæſtione reſpondiſſe, procq; ſua opinione latam ſententiam fuiſſe.
53. Pro qua opinione facit: † quoniam aliàs ex quantitate precij deteguntur fraudes, aperiuntur doli. L. cum hi. §. modus quoq;. ff. de tranſact. c. &
54. ſi quæſtiones. extra de Simonia. L. per diuerſas. C. mandati. † Et ex precij tenuitate aut magnitudine qualitas contractus diſcernitur glo. in. L.

1. §. 1.

1. §. 1. in uer. agendo, ff. de ſuperficieb. Bart. in L. cotem ferro, §. Qui maximos. ff. de publican. Nemo enim ſuum iactare facilè creditur. c. ſuper hoc, extra: de renunt. L. cum de indebito. ff. de probati. Ita decidunt Imola, in d. c. ad noſtram. de empt. & uend. Anton. de But. & Abb. ibi nume. 9. uerſ. dictum tamen in ſe uidetur uerum &c. Iterum Anton. de Butrio in c. illo uos. extra. de pignor. Idem Imola reſpondit in ſuo conſ. 55. Incip. in caſu præmiſſo eſt uidendum. col. 2. uerſ. nec obſtat etiam prædictis &c. ubi ait. licet exiguitas precij remedium paret reſciſsionis contractus iuxta. L. 2. C. de reſcind. uend. non tamen facit præſumi contractum ſimulatum, niſi quoque interueniret pactum de retrouendendo. Illa etenim duo ſimul concurrere debent ad hoc, ut ſimulatum contractum conijci liceat. Et rurſus ita defendit in alio conſ. 99. Incip. In quæſtione, quæ uertitur. col. 3. uerſ. Sed certè uidetur &c. Ita æquè Abb. conſuluit in conſi. ſuo. 76. Incip. In præſenti conſultatione. col. 2. uerſ. Et nimirum. lib. 1. Dicens ſic communiter teneri, & à ſe legendo & conſulendo iſtud ipſum defendi. Alex. in hoc articulo ſibi contrarius in conſ. 46. Incip. Circa præſentis conſilij materiam. col. 1. & 2. in 1. dubio. uerſ. Circa primum. & uerſ. & ſic nihil aliud &c. lib. 3. inquiens, illam opinionem uideri magis communem: quæ in dubio etiam fœneratori ſeu emptori magis tuta eſt exonerandæ eius animæ cauſa: idcircoque amplectenda arg. c. iuuenis. extra de ſponſalibus. Illud idem reperit in conſilio 54. col. 1. lib. 6.

Quid igitur in tanta uarietate, tamque difficili opinionum repugnantia propoſitæ quæſtionis nobis ſtatuendum erit? † Reor ego equidem, quum agatur de dolo ſeu fraude probanda, quæ in dubio non præſumuntur. L. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. L. meritò. ff. pro ſocio. Perſpicuis inditijs & coniecturis haud ſinuoſis eſſe opus. L. dolum. C. de dolo. Verùm quod hæc inditia non ſunt legib. præfinita, arbitrio iudicis concredita eſſe putarim. L. 1. ff. de iur. delib. c. de cauſis. §. illis. extra de off. iud. deleg. L. 3. §. Ideoque. ff. de teſtib. † Quocirca iudex, quia uir bonus eſſe dicitur, & litigatoribus patris loco conſtituitur. L. uir bonus. ff. iudic. ſol. §. Eos autem. in auth. ut iud. ſine quo. ſuff. glo. in §. Interim. in uer. iudex. in auth. de defens. ciuit. Itidem quod bonum æquumque eſt ſequi accuratè debebit. c. fin. in fi. extra de tranſactionibus. L. 1. circa prin. ff. de iuſt. & iur. Ne autem eiuſmodi æquitas à nobis, qui iuſtitiam colimus, æquumque & bonum profitemur, hoc loco optata deſideretur, quid ius dicenti conueniat, ordine demonſtrabo. 55. 56.

† Aut cum pacto de retrouendendo ſola paruitas precij concurrit, quæ non implet dimidiam partem iuſti ualoris: tunc arbitror, contractum nullo modo cenſeri ſimulatum. Porrò ex huiuſmodi paruitate precij (niſi aliud accedat) dolus aut fraus emptoris minimè gentium præſumitur, tametſi propter enormem læſionem uenditoris uel reſcindatur contractus, uel emptor reliquum precij numerare cogatur. c. cum dilecti. c. cum cauſa. ubi etiam glo. & doctores. extra de empt. & uend. L. 2. ubi Bart. & alij. C. de reſcind. uend. Simili modo per ſolum pactum de retrouendendo, 57.

uendendò, tantum abeſt, ut ſiniſtra aliqua præſumptio oriatur, cum & legib. ſit maxime illud cognitum atq; probatum, ut hic & in L. ſi uir uxori. ff. de præſcript. uerb. Ergò illa duo, quæ ſingula omni fraudis carent ſuſpitione, ſimul iuncta ſuſpitionem non gignent aliquam, iuxta copioſè tradita per Bart. in genere probatorio in. L. admonendi. ff. de iureiurando. optimum textum indico in. L. Spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tut. Alioqui ſi ſecus diceremus, & nos impoſsibile quoddam admitteremus, & abſurdum planè foueremus. Vbi namq; dolus non eſſet, indè tamen opinione noſtra dolus colligi poſſet: quod per rerum naturam impoſsibile iudicatur, quum non entis nullæ ſint partes. L. Nam etſi. §. poſt defectum. ff. de iniuſt. rupt. irrit. teſt. Abſurdum quoq; præterea foret, ut qualitas ſine ſubiecto exiſteret. L. ſi ſeruum. §. 1. ff. de act. emp. L. eius. §. fi. ff. ſi cert. pet. Quare ſi dolus neq; hinc neq; illinc deſcendit, utiq; illam qualitatem ſimulationis ſiuè fraudis contractui admouere non poſſumus.

58. † Neq; auerſum cenſeri debet ſententiæ noſtræ, quod in ore omnium eſt: ſingula quæ non proſunt, multa iuuant. Illud uerum eſt, quando in ſingulis & ſi non totum, aliquid tamen eſt eius, quod quæritur. L. inſtrumenta. ibi, ſi non alijs quoq; adminiculis iuuentur, ſola non ſufficiunt. C. de probati. Eſt bona glo. in L. 3. §. eiuſdem quoq;. in uer. ſpeciem. ff. de teſtib. Dein quando exiguitas precij eſt ultra dimidiam iuſti ualoris, habet remedium ordinarium uenditor, nempe reſciſsionis contractus ex d. L. 2. ſupra. de reſcind. uend. cum ſimilibus. Ideoq; extraordinarium ſimulati contractus, quod ex ſolis ſuſpicionibus & minimè apertis probationibus comparatur, eidem uenditori non competet. L. in cauſæ. la. 2. in pri. ff. de minoribus; Maximè uero quia in obſcuris, quod minimum eſt, nos ſequi oportet. L. ſemper in obſcuris. ubi glo. & Dec. ff. de reg. iuris. Doluſq; emptoris non exiguitate precij ſed qualitate facti æſtimetur. L. dolus. ſuprà. de reſcind. uend.

59. † Nec obſtat quod alibi legitur, paruitatem precij nonnihil ad fraudes referendas facere. L. cum hi. §. Modus quoq;. ff. de tranſact. Id ſanè procedit (licet glo. in d. L. dolus. in uer. non quantitate. aliter locuta fuerit, & malè quidem) in caſu ualde ſingulari propter facilitatem eorum, qui de alimentis annuis ſibi legatis, modica præſenti pecunia accepta, tranſige-
60. re libenter & incautè ſolent, uti patet in d. L. cum hi. in prin. † Sunt enim homines natura procliues (prout experientia rerum parens docet) pro modico præſenti multis renunciare bonis futuris. L. 1. ſup. de pact. d. L. cum hi. in prin. & ibi glo. 1. Id quod in alimentorum cauſa, quæ ſemper fauorabilis eſt atq; præcipua, ne poſteà egeant tales, admitti decet. d. L. cum hi. & Bart. latè tradit in L. Mela. ff. de alim. & cib. leg. Alex. in L. Mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. Cæterùm ſubiecta quæſtio noſtra nullo, præter ius commune, gaudet priuilegio, & longè diſtat ab alimentorum cauſa. Sicuti namq; in alimentis legatis ob eam fauoris rationem modicitas etiam ſola precij eſt nonnihil argumento fraudi, ita exiguitas

ſola

ſola precij nihil creditur in emptione continere doli. d. L. 2. C. de reſcind.
uend. cum ſimilibus.

Indè nimirum conſtat erraſſe Corneum in ſuo conſ. 4. Incip. Multum
diffuſè. col. 3. uerſ. Nam ſi eſt res uendita. & rurſus conſ. 346. Incip. uiſa
copia petitionis. col. 6. in fin. uerſ. in tanto autem opinionum conflictu.
lib. 1. ubi ait, ex magna paruitate precij, quæ dimidium iuſtæ æſtimationis
non impleat, cum pacto de retrouendendo cõtractum præſumi ſimulatum.
Quam opinionem ſi Abb. in d. c. ad noſtram. de empt. & uend. num. 9.
uerſ. Sed debet eſſe precium ualde tenue &c. eſt æmulatus, non utique mi-
nore errore, & is mihi uidetur lapſus.

† Neque repugnat deciſio d. c. ad noſtram. de empt. & uend. ibi certè ali- 61.
ud, quàm exiguum precium, emptori obfuit. Nam tractatus de mutuan-
da pecunia fuerat anteà habitus: uel etiam ſi tractatus non fuiſſet habitus, at-
tamen pactum, ne liceret uenditori ante ſeptennium redimere fundum, &
poſt ſeptennium uſque ad nonum duntaxat annum poſſet, ſimulationem in
illo contractu detegit, ſicut inibi expreſſè cauetur in uerſ. quod patet ex eo
&c. Et quamuis fiat illic quoque mentio modicitatis precij: illa mihi uidetur
exprobratio potius in emptorem, quàm cauſa, unde conijciatur dolus. Quaſi
dicat ſummus Pontifex, non ſat fuit emptori agere contractum ſimulatum
in fraudem uſurarum, quòd etiam uix dimidium iuſtæ æſtimationis uendi-
tori numerauit. Facilè conceſſerim, eã ibi modicitatẽ precij non carere frau-
dis ſuſpitione, non quidem propter ſe, ſed accidentaliter propter pactum, &
præcedentem ſimul mutui tractatum: iuxta illud, facienti malum, omnia co-
operantur in malum: ſicuti facienti bonum, omnia cooperantur in bonũ.

† Aut cum pacto de retrouendendo eſt exiguitas precij, quæ tamen im- 62.
plet dimidiam partem iuſtæ æſtimationis, ita quòd non eſt locus remedio
reſciſſorio. d. L. 2. C. de reſcind. uend. Tum uel probatur, in tiò uendi-
torem pecuniam mutuam ab emptore petijſſe, & emptorem ſe mutuo da-
turum aſſenſiſſe, ſicque tractatum de mutuo contrahendo præceſſiſſe, & con-
tractum emptionis & uenditionis ilicò ſubſequutũ fuiſſe: ex illo præcedenti
tractatu præſumam contractum eſſe ſimulatum arg. L. quamuis. §. ſi cum
eſſem. ff. ad uelleia. Quæ enim uno temporis tractu aguntur, ab eadem
uoluntate proficiſci, eodemque iure cenſeri creduntur. L. quòd ait lex. §. fin.
ff. de adulter. facit text. in L. hæredes palàm. §. uno contextu. ff. de teſta.
& quæ incontinenti fiunt, præcedenti actui ineſſe iudicantur. L. iuriſgen-
tium. §. quin imò. ff. de pact. L. lecta. uerſ. dicebam. ff. ſi cert. pet. Ni-
mirum itaque ex facti qualitate, non etiam ex precij modicitate dolus rectè
depræhendetur. d. L. dolus. C. de reſcind. uend. Eòdem ſpectat: quo-
niam probationes admittuntur ad docendnm contractum uſurarium, quæ
in alia cauſa minus eſſent idoneæ. Quod ita meritò accidit propter exco-
gitatas fœneratorum fraudes, quas, ne aculeos ſacræ leges incurrant, con-
tractibus impoſtores ſæpenumero indunt Ioan. And. in c. ex literis. ex-
tra de iureiur. in c. 2. eodem tit. lib. 6. nec non & in d. c. ad noſtram. ubi
etiam Petrus de Anch. de empti. & uend. Alexander in conſ. 54. Incip.
Circa primum dubium. num. 3. libro. 6.

63. † Aut in propoſita quæſtione nihil conſtat de præcedenti, ſicut diximus, tractatu: tunc ſi contractus fuit celebratus in loco, ubi communiter ſolent fieri tales ſimulati contractus, & exerceri uſuræ, quemadmodum hodie plurib. in locis pernicioſo exemplo fieri ſcimus ac dolemus, & emptor ſit indigena loci,
64. aut incola: † iudicabo contractum illum ob eam inſamatam nationē ſimulatum. L. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ibi, præſumptum eſt, quoſdam malos uideri, quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt &c. ff. de edilit. edict. Præſertim autem quoniā in obſcuris attendi debet quod eſt uerīſimilius, aut quod plærunq; in loco fieri conſueuit. L. in obſcuris. ff. de reg. iur. L. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus nummorum. ibi, deindè regionis, in qua uerſatus eſt &c. ff. de legat. 1. Et multis in aliqua regione graſſantibus, ſeueriore cenſura debent cohiberi delicta. L. aut facta. §. nonnunquàm. ff. de pœnis. His reſpondent quàm maximè notata per Alex. in proprijs terminis in conſ. 119.
65. Incipi. ſine diſputatione, in ultimis uerbis, lib. 4. † Vndè emptor notam illam ſuæ gentis in præmiſſo caſu à ſe amoliri non aliter poſſet, quàm ſi teſtib. perſpicuis, omniq; exceptione maioribus probitatem ſuam, animumq; uerè Chriſtianum ab huiuſmodi fœneraticijs contractibus alienum oſtenderet. Tum præſumptionem illam aduerſum ſe aboleret, & generi uelut per ſpeciem derogaret. c. quia uerīſimile. extra de præſumptio. L. in toto iure. ff. de reg. iur. Bona namq; fama hominis, honeſtas, & authoritas extinguit malam contra eum ſuſpitionem. c. niſi eſſent. in prin. & ibi gloſſa prima. extra de præbend. ubi præterea Abbas & reliqui Canoniſtæ tradunt per eum textum.

Aut in eo loco uel ciuitate celebrati contractus non fiunt communiter tales imaginarij contractus, non exercetur communiter fœnus: tunc autem emptor eſt ipſe fœnerator, & contractus tales improbatos atq; illicitos facere aſſueuit: præſumam illo equidem caſu contractum emptionis eſſe ſimula-
66. tum. d. c. illo uos. in fin. extra de pignor. † Facilè etenim contra uſurarium eſt præſumendum, quia ſunt fœneratores peſſimum genus hominum, ſecundum Hoſtienſ. & Ioan. Andreæ in d. c. ad noſtram. col. prima. uerſ. & dicit de facili contra uſurarios. de empt. & uend. Idem Ioan. And. in d. c. illo uos. in ultimis uerbis. Quare quum improbi adeò ſint uſurarij miſerabere minus, quòd acerbiores in illos exemplo Iuriſconſulti exiſtimus. L. & ita de facto. §. Miratur igitur. ff. naut. caup. Stab. Et ſemel malus, ſemper poſteà præſumitur malus in eodem genere delicti. L. ſi cui. §. ijſdem. uerſ. ſi tamen. & ibi notatur. ff. de accuſationibus. L. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. c. ſemel malus. de reg. iur. lib. 6. facit text. in L. cum hi. §. in perſona. ff. de tranſactionibus. d. L. ſi ſeruus plurium. §. fin. ibi, ante omnia ipſius patrisfam. conſuetudo &c. ff. de leg. primo.
67. † Aut emptor non eſt ſolitus alijs fœnerari, eſtq; aliàs integræ opinionis: & contractum emptionis cum modicitate precij & pacto de retrouenden-
68. do fictitium non ſuſpicabor. † Regula eſt & naturæ & iuris ciuilis protrita: quemq; bonum credi, donec malus doceatur. L. omnimodo. uerſ. ſi tamen non ingrati. C. de inoff. teſt. L. cum quidam ita fideicommiſſum. & ibi gloſſa in uerb. qui non offenderint. ff. de leg. ſecundo. L. ſi cui. §. ijſdem. uerſ. ſi tamen. & gloſſa ibi, in uerb. admittendum. ff. de accuſa.

Sic uides

Sic uides, nullo caſu exiguitatem precij cum pacto de retrouendendo quic-
quàm facere ad ſuſpitionem ſimulati contractus contra emptorem elicien-
dam, niſi & alia accedant.

† Sin autem loqueremur de fundo dato pro modica ſumma in ſolutum 69.
creditori cum pacto de retrouendendo: Vtiqꝫ multò minus ſimulatam eam
in ſolutum dationem, quam ipſam uenditionem, præſumeremus. Nam
emptionis & uenditionis contractus eſt uoluntarius & precium interuenit
tempore contractus: in ſolutum uerò datio & acceptio fit ex neceſsitate de-
biti præcedentis, & nulla tunc temporis adnumeratur pecunia. Ideòqꝫ
tantò longius abeſſe doli ſuſpitionem ab illa datione in ſolutum crediderunt
noſtrates. Sic & ante eos reſpondit Raphael Fulgos. in ſuo conſ. 134. Incip.
in quæſtione uerſa. col. 2. uerſ. ſed & illud animaduerſione &c. Dec. conſ.
167. In cauſa, quæ coram Reuerendo. col. 2. ad fin. uerſ. Tertiò reſponde-
tur. nec non & in conſ. 18. Incip. Viſo puncto, col. 2. uerſ. nec obſtat. lib. 1.
Pergo nunc cœptas Iudicis referre partes.

† Nouiſsima erit obſeruatio & amuſsis quædã iudici tenẽda: cùm uen- 70.
ditio fuit certo precio facta, addito pacto, ut poſsit uenditor intra certum
aliquod tempus maiore tamen ſumma pecuniæ, quàm anteà precium illud
fuerit, rem redimere, & quòd fructus interea perceptos ſibi emptor impu-
tet in ſortem: contractus habeatur in fraudem uſurarum ſimulatus: quan-
doquidem illa ſit pignoris ſpecies, non etiam uenditionis habeat imaginem.
d. c. illo uos. & doctores omnes. extra de pignor.

Quarto iuxta ordinem textus noſtri, an emptor obligatus ex pacto re-
trouendere, ſi habet facultatem rei reſtituendæ, cogatur ita omnino preci-
ſè eam reſtituere, uel potius ſoluendo intereſſe liberetur? Quotidiana quæ-
ſtio eſt & ualde frequens: merito diligentius nobis examinanda. † Vide- 71.
tur in hoc textu ſatis probari, emptorem compelli preciſè debere ad rem
ipſam reddendam, quando eam in ſua poteſtate habet. Competit enim uen-
ditori ex primo contractu actio ex uendito, ut emptorem retrouendere co-
gat: at ea eſt illius contractus emptionis & uenditionis natura, quòd debi-
torem obliget preciſè ad rem tradendam, quæ in eius ſit poteſtate gloſſa
magna in. L. 1. in prin. ff. de actio. empti. Regula eſt uulgata: aliud pro
alio inuito creditore, ſolui non poſſe. L. 2. §. Mutui datio. ff. ſi cert. pet. Er-
gò &c.

Aliter quoqꝫ pro hac parte poſſunt uerba iſtius legis expendi oblato per
uenditorem precio, ſi confeſtim fundus non reſtituatur, ad fructus à die
moræ perceptos emptor etiam tenetur. † Cæterùm qui à tempore moræ 72.
obligatur ad fructus & non ad intereſſe, non dicitur obligatus ad nudum
factum: quia ueniret tunc à die moræ intereſſe, non fructus. L. ſi fundum
certa die. ff. de uerb. oblig. L. Si quis ab alio. in fin. ff. de re iud. Sed cau-
ſam bonorũ, id eſt, proprietatem fundi in creditorem transferre eſt obligatus.
L. in conuentionalibus. in fin. eodem titu. de uerb. obliga. Enimuerò hæc
inuicẽ diſtant, fructus deberi à tempore moræ, uel intereſſe ſecundũ Bart. in
L. ſi filiumfam. §. 1. ff. de uerb. oblig. Igitur illi regulæ iam nõ erit locus, ut in
obligationib. faciẽdi ſuccedat obligatio ad intereſſe: de qua in. L. ſtipulationes

non diui-

non diuiduntur. §. Celſus. ff. de uerbo. oblig. d. L. ſi quis ab alio. in fin. quoniam huiuſmodi promiſsio de retrouendendo purum factum non continet, ſicuti ex prædictis liquet.

Huc pertinet quod uoluerunt Ioan. And: in add. ad ſpeculatorem in tit. de oblig. & ſolutionibus in prin. Alex. & Iaſ. in L. cum fundus. §. ſeruum. in prin. ff. Si cert. petat. Quando promiſi me obligaturum tibi dare decē certo tempore, termino ſolutionis adueniente, dicor abſq; alia noua obligatione adſtrictus ea decem dare, perfectaq; tum eſſe creditur obligatio. Sic in propoſita quæſtione cum quis eſt obligatus retrouēdere certo precio, oblatione precij facta, dicetur abſq; alio extrinſecus accedente uenditio eſſe perfecta: per conſequens ille tenebitur preciſè rem tradere ſecundū naturam contractus uenditionis. d. glo. magna. in L. 1. in prin. ff. de act. empt.

Vel ſi promiſi tibi retrouendere certum fundum, non poſſum abſq; tuo conſenſu in alium quempiam fundum ipſum alienare: quinimò ubi ſolueris precium, fundus ad te reuerti debet ſine onere ullius obligationis per me factæ. Bart. in L. in diem. per illum textum. ff. de aqua plu. arc. in L. ſi ex duob. §. Sed & Marcellus. ff. de in diem adiect. & in. L. Si res. per illum tex. ff. quibus mod. pign. uel hyp. ſol. Ergò preciſè ad illum eundem fundum retrouendēdum reſtituendumq; ero tibi obligatus: alioquin alteri uendere poſſem, & tibi intereſſe dare quirem.

Vndè aiebat Paulus Caſt. in L. ſi cum uenderet. per illum textum. ff. de pignor. act. uim illam ineſſe pacto de retrouendendo, ut oblato precio dicatur perfecta retrouenditio, etiam abſq; traditione, atq; dominium utile cenſeri translatum: ob id & competat utilis rei uendicatio aduerſus quoq; ſingularem ſucceſſorem.

Præterea qui promiſit retrouendere, & obligauit ſe ad rem reſtituendam, tenetur dubio procul retrodare: quia uerbum reddere ſiue reſtituere, habet retrodandi ſignificationem. L. uerbum reddendi. ff. de uerb. ſignif. L. cū quidam uxori. ff. de leg. 2. Ideoq; illius rei dominium debet in recipientem transferre, ſi ipſe dominus ſit. L. non uidentur data. ff. de reg. iur. §. Sic itaq; Inſti. de actio. L. ubi autem. §. fin. ff. de uerb. oblig. per conſequēs ſolutio eius, quod intereſt, eum non liberaret per prædicta.

Dein ſi tenetur rem reſtituere, eamq; penes ſe habet, non poteſt ſoluere intereſſe inuito creditore: quum in obligatione rem reſtitui non ſuccedat obligatio ad interſſe poſt moram, niſi re perempta. L. in re furtiua. ff. de condict. furt. Bart. & alij ſcribentes in L. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obligat. meritò rem penes ſe emptor habens, eam propriè reſtituere cōpelletur.

Accedit prædictis: iſta reſtitutio fundi poteſt momento temporis facillimè expediri: igitur preciſè ad id emptor eſt obligatus. Porrò quamuis alias obligatus ad factum, liberetur ſoluendo intereſſe. d. L. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. cum ſimilib. Attamen ubi factum illud poſſet facilè & temporis momento fieri: utiq; preciſè ad illud debitor teneretur, ſecundum Ioan. And. in add. ad ſpeculatorem, in tit. de reb. Eccleſ. non alien. §. 1. uerſ. non fuerunt &c. Raphael Cum. & Angel. ſcribunt in d. L. ſtipulationes nō diuiduntur. ita pro hac parte, & per prædicta conſuluit Bartholomeus Socin in conſ. 253. Incip. In cauſa Domini Ioannis Franciſci, col. 5. uerſ. circa tertiam quæſtionem.

quæſtionem, lib. 2, & in conſ. 80. Incip. In quæſtione quæ uertitur. col. 1, & 2. lib. 3. & in conſ. 170. Incip. In præſenti conſultatione. col. 1. & 2. lib. 2. Eundem ſenſum uidetur habuiſſe Bart. in L. fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de legat. 1. in. L. uxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. in d. L. in diem. ff. de aqua plu. arcen. cum ſimilibus proximè adductis. Angelus Aretin. in. §. fi. Inſt. Quibus mod. toll. oblig. Ioannes de Anania in. c. conqueſtus. extra de uſur.

Contrariam uerò partem, quòd ſoluendo intereſſe emptor liberetur, in quæſtione ſubiecta tueri nihilominus conantur Moderni Bononienſes hic. Pro qua ſemel conſulentes, inquiunt illi, effecerunt, ut aduerſarius eorum clientis obtinere potuerit nunquàm proprij fundi reſtitutionem. Mouentur, quoniam promiſsio de uendendo, non eſt ipſa uenditio. Bart. in. L. ſi pupillus. ff. ad. L. Falc. in L. fin. num. 8. ff. de condict. cauſa data cauſa non ſequut. Angel. in L. 1. C. de pactis. pig. facit bona glo. in. L. Titius cum crediſſet. in glo. ultima, in fin. ff. de pignor. act. ubi allegat in propoſito text. in. L. Calipodius. aliàs incipit, Quamuis. in prin. ff. de ſolutio. Idem tenet Alex. in conſ. 119. in prin. conſ. 120. & 121. lib. 4. nec non & in conſ. 72. lib. 3. & conſ. 73. lib. 2. Defendit in propoſito Ioan. de Anania in ſuo conſi. 64. quòd ſtatutum uetans, probari teſtib. liberationem debiti, non uendicabit locum ſibi in promiſsione de liberando. Benè facit quod Corneus reſpondit in conſ. 74. lib. 4. † Cō- 74.
ceſsio & promiſsio conceſsionis faciendæ ſunt diuerſa, Iaſ. in L. quoties. C. de rei uend. Dec. in conſ. 183. Quare ſi emptor ſolummodo eſt obligatus ad retrouendendum, uidetur ad nudum duntaxat factum teneri, ſiquidem contractus omnes ſint facti. L. conſilio. in fi. ff. de curat. furios. In obligationibus autem facti ſolutione eius, quod intereſt, debitor liberatur, nec preciſè factum præſtare inuitus compellitur. d. L. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. de uerb. oblig. L. Si quis ab alio. in fin. ff. de re iud. Idcircò emptor, qui intereſſe ſoluere malit, retrouendere fundum nolens minimè adigendus erit.

Rurſum ſic inſtant mei Bononienſes: Diſpoſitioni. L. ſi quis argentum. in. §. fin. C. de donationibus, ut ex ſolo donationis pacto oriatur contra donantem actio &c. non eſt locus in promiſsione de donando facta per pactum nudum. Ita Ioannes de Imola tradit in. L. in ædib. §. 1. ff. de donatio. Salycetus in. L. 2. C. de donat. ob cauſam. & in d. L. ſi quis argentum. §. fin. C. de donat. Alex. & alij in. L. iuriſgentium. in prin. col. 3. uerſ. Item adde in quantum iuxta prædicta. ff. de pact. Idem Imol. in c. qualiter. extra de donatio. Ratione illa unicè nituntur memorati ſcribentes: quoniam aliud eſt donare aut uendere, & aliud promiſsio de donando aut uendendo. Itaq; in propoſita quæſtione, licet qui uendidit, teneatur preciſè rem tradere, quando poteſt, ſicuti notatur in d. L. 1. in prin. ff. de act. empt. hoc tamen non uidetur procedere in promiſsione de uendendo: quæ diuerſa eſt ab ipſa uenditione.

Vrget adhuc ſic tertiò acutus Goziadinus: tum quis cogitur preciſè rem uenditam actione ex empto tradere, quum actio illa ad tradendum intenditur: Ita propriè loquitur glo. in d. L. 1. in prin. de act. empt. Verùm

in ſubiecta diſceptatione ponitur actio ad retrouendendum, non etiam ad tradendum: meritò ille locus glo. in d. L. 1. de act. empt. non impediet, quominus maneat quæſtionis præſentis deciſio ſub regula.d. §. Celſus. L. Stipulationes non diuiduntur. cum ſimilib. Maximè uerò quum in dubijs ab regula non ſit recedendum, Bart. in. L. quotiens. ff. ſi quis cautio.

Conſiderant prætereà Moderni Bononienſes, quod qui uendidit, tenetur ideò preciſè tradere, ſi penes ſe rem habet, quia obligatio illa continet aliquã mixturam obligationis dandi: ob id nimirum eligitur uia quædam media, ut ſi poſsit preciſè rem tradere, id, creditore petente, nullo modo detrectet. allegant notata per Bart. & alios in d. L. 1. de act. empt. Et in d. L. Stipulationes non diuiduntur. de uerb. oblig. uideas bonum tex. in. L. ex empto. circa prin. ff. de act. empt. ubi uenditor, qui tradere rem tenetur, dare quoq;, id eſt, dominium transferre debet, ſi dominus ipſe eſt. Enimuerò ceſſat ea ratio in pacto de retrouendendo, ubi ad merum factum ſine mixtura aliqua obligationis dandi uel tradendi emptor tenetur: proptereà ceſſante illa ratione mixturæ, non erit cogendus preciſè tradere per prædicta.

Nouiſsimè pro hac parte allegant Bononienſes deciſionem Alex. in conſ. 68. Incip. Viſis duobus col. fi. lib. 1. affirmantis, quòd qui promiſit uendere, ſi uendere nolit, obligatur ad intereſſe. allegat. L. ſi. ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de act. empt. & L. quiſfundum. la. 2. ff. de contrah. empt. Quam opinionem defendit Aretin. in. L. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de legat. 1. Dicens in promiſsione de contrahendo contineri factum, aut etiam intereſſe, ſi non contrahatur. citat ad hoc tex. in. L. ex parte. in prin. ff. de uerb. oblig. ita quoq; conſuluit Corneus conſ. 256. Incip. Primus conſultationis. col. 3. uerſ. Nec obſtat ſecunda ratio. lib. 4. Idem & multò clarius uoluit ipſe Corneus in conſ. 4. Incip. Multum diffuſè. col. 2. uerſ. Pactum de retrouendendo. lib. 1. Franciſ. Aret. in conſ. 6. Incip. Viſo inſtrumento diuiſionis &c. penè per totum. Hanc partem ſimpliciter ſequuti ſunt Taurinenſes hic per regulam d. L. ſtipulationes nõ diuiduntur. in §. Celſus. At quando eiuſcemodi pacto de retrouendendo eſſet additum iuramentum, putant ijdem Taurinenſes, Bononienſeſq; ſimul, emptorem preciſè tunc rem, ſi poſſet, reſtituere compellendum, propter efficatiam iuramenti arctius iurantem ligantis, iuxta notata per Iaſ. in. L. ſi pecuniam. in prin. col. fi. ff. de condict. ob cauſam. cum ſimilibus per ipſos adductis. Vide Corne. in d. conſ. 256. per tot. lib. 4.

25. † Neq; anteriore loco in contrarium adducta huic alteri opinioni refragari uidentur. Reſpondent etenim ſic noſtrates ad primum & ſecundum obiectum: hic agitur actione ex uendito, & ueniũt fructus à tempore moræ &c. quoniam non interuenit pactum de retrouendendo fundum, ſed de reſtituendo illum reddito precio: Sicq; lex iſta loquitur quando emptor erat obligatus rem reſtituere: in qua obligatione rem reſtitui ſatis conſtat, ipſam eandem rem (ſi modò extet) eſſe reſtituendam, neq; intereſſe pro ea inuito creditori uel poſt moram poſſe ſolui. L. In re furtiua. ff. de condict. furt. Bart. in d. L. Stipulationes non diuiduntur. in. 6. q. Enim

uerò quæſtio exorta eſt principaliter de fundo retrouendendo iuxta promiſsionem factam: quæ ſanè promiſsio nihil aliud, quàm merum factum continere uiſa eſt, idcirco à diuerſis & ſeparatis iniqua eſt argumentatio.

Ad id, quod dixit Ioan. And. in addit. ad ſpeculatorē in tit. de oblig. & ſolutio. in princip. quòd ſi promiſi me obligaturum tibi dare decem certo tempore, adueniente tempore, ſit perfecta obligatio, obligatuſq; ſim tibi dare decem &c. Reſpondent Bononienſes, illud eſſe uerum non ſolùm in illo, ſed etiam in caſu noſtro, ſi emptor promiſiſſet, ſe certo tempore, aut quandocunq; obligaturum retrouendere. Nam tunc adueniente tempore eſſet efficaciter obligatus retrouendere, & ſic ad purum factum, uti antea dictum eſt. Igitur ille locus Ioannis Andreæ nihil uenditori opitulatur.

Tolli poteſt quartum obiectum: quoniàm Bart. in. L. in diem. ff. de aqua plu. arc. cum ſimilibus. loquitur in pact de retrouendendo per adiectionem in diem, prout leges, quibus ipſe nititur, manifeſtè indicant. Et tunc euentus reſolutionis contractus pendet à uoluntate extranei, qui emere illam rem carius cupit, & ſic à caſu fortuito. In quæſtione autem noſtra pendet à libera uenditoris uoluntate uolentis precium reſtituere. Idcircò termini non ſunt omnino ſimiles. Et quòd dictum Bartholi huc ad quæſtionem noſtram non pertineat, probari perſpicuè uidetur in. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de act. empt. & in. L. qui fundum. la. 2. ff. de contra. empt. ubi emptor fundi, qui promiſit nulli alij, quàm uenditori, fundum reuendere, poteſt nihilominus cui uelit diſtrahere, licet ex uendito actione primi contractus ſit uenditori obligatus.

Quintò reſpondetur ad opinionem Pauli Caſtren. in allegata. L. ſi cum uenderet. ff. de pignor. act. eam eſſe falſam, neq; per illam legem probari. Inibi certè Iuriſconſultus refert ſpeciem facti in uenditore, qui non erat dominus rei uenditæ, ſed tantum in illa conſtitutus creditor hypothecam habebat. Proindè uendens eam, ius ſuum duntaxat pignoris transfert in emptorem: dominium uerò apud debitorem permanet. Id quod non obſcurè indicant ibidem legis uerba, liceret debitori eripere rem ſuam &c. Ita quoq; declarat, & Paulum Caſtrenſem repræhendit Alex. in conſ. 10. col. ult. uerſ. uel poteſt dici &c. lib. 1. Et Curtius in conſ. 12. per totum. Igitur probabile non eſt per eam legem in propoſito themate noſtro, quòd oblato per uenditorem precio cenſeatur protinus retrouenditio perfecta, atq; dominium ſaltem utile in uenditorem tranſlatum.

Simili modo ſextus & ſeptimus obices tolluntur, ſicuti duo primi: quandoquidem illis poſſet ſolummodò eſſe locus, ubi pactum interueniſſet de reddendo fundo, aut reſtituendo: diuerſum in occurrenti dubio, in quo dicuntur pepigiſſe partes, ut fundus retrouenderetur quum precium reſtitueretur.

† Hinc reddi cautiores poſſunt uenditores, qui res ſuas cum pacto redimendi diſtrahunt. Concipiant enim pactum iuxta præſentis legis normã, nempè ſic: Titius uendidit Sempronio fundum cum pacto, ut quandocunq; precium reſtituerit, teneatur uiciſsim Sempronius reddere, aut ſi mauis, reſtituere fundum &c. Tum quippè res extra omnem diſceptationis aleam 26.

nis aleam erit. Alioqui ſi pactum fieret de retrouendendo, certis reuo-
can ſecnò in dubium, an ſoluendo intereſſe ſuæ ſatisfaciat promiſsioni em-
ptor.

Octauum uenditoris fundamentum ex omni parte falſum in ſe corruit.
Non planè uera eſt doctrina Angeli & aliorum, quòd ſi factum promiſ-
ſum poſsit facilè & temporis momento explicari, tunc debitor ad id preci-
ſè teneatur. Quia hoc iure non probatur, & regulam, à qua non eſt te-
merè diſcedendum, habemus contrariam, quòd in omnibus faciendi obli-
27. gationibus ſuccedit poſt moram obligatio ad intereſſe. † Ergò illi, do-
nec aliud iure doceatur, uelut Bononienſi Carocio ſtari oportet, glo. in
L. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Bart. in L. quotiens. ff. ſi quis cautio-
nibus. unde Ioan. Imol. & Alex. in d. L. Stipulationes non diuiduntur. reij-
ciunt illud Angeli dictum.

Poſtremò expungitur obiectio illa, quæ ex Bart. in. L. ſi fideiuſſor. §.
meminiſſe. ff. de legat. 1. & in. L. uxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3.
huc tranſcribebatur. Nam ſententia illa Bart. procedit in ultimis uolunta-
tibus: nos autem in contractu inter uiuos uerſamur. Et ratio differentiæ
inter utroſque caſus non incongrua eſſe uidetur, ut hærede damnato hære-
ditariam rem in ultima uoluntate uendere, ſtatim per oblationem precij
dominium rei tranſeat in legatarium emptorem: quia alias dominia eo-
rum, quæ in ultimis relicta ſunt uoluntatibus, recta uia in legatarios tranſe-
unt. L. à Titio ff. de furtis. cum ſimilibus.

Sublatis itaque propoſitis aduerſus emptorem argumentis, uidebitur for-
tè accedendum eſſe ipſius emptoris partib. ut ei liceat pro retrouenditio-
ne fundi pacta intereſſe in caſu præmiſſo uenditori præſtare. Ita namque
pro emptore Alexan. Franciſcum Aret. Pet. Philippum Corneum, Fran-
ciſcum Curtium, Ludouicum Goziadinum, ac nouiſsimè Modernos Tau-
rinenſes reſpondiſſe audiuiſtis: cum pro altera contraria opinione duo, Paul.
28. Caſt. & Bartholomeus Socin. ſoli recenſeantur. † Verùm ipſe opinor
(non equidem per rationes & fundamenta Caſtrenſis uel Socini, quibus
facilè, ut noſtis, reſponderi potuit) in præſenti difficultate contra emp-
torem & conſulendum eſſe & omninò iudicandum: illumque nimirum adi-
gendum, rem (ſi eam apud ſe habeat) preciſè uenditori retrouendere,
ſimulque tradere, neque eius creditori inuito intereſſe tunc præſtare ullo iu-
re poſſe.

Primò conſiderandum eſt, quòd emptor retrouendere obligatus, non
29. debet in ea re uenditori eſſe oneroſus. † Quæ regula eſt generaliter uera
in alijs etiam obligationibus. Sicuti uiciſsim nec actor nimis delicatus eſt
tolerandus, & è contrà. L. ſi ſeruos pignoratos. in fin. ff. de pign. act.
At ſi emptori permittatur facultas ſoluendi intereſſe pro fundo, utique one-
ratur & ſumptib. & probationibus uenditor: cui probandi ſuum intereſ-
ſe munus incumberet. L. un. C. de ſententi. quæ pro eo quod intereſt
profer. Atque eo modo ſumptibus litis uexaretur, quod ne fiat, nimis mul-
tum cuiuſque intereſt. L. minoribus. 25. annis. ff. de minoribus. Quod in bo-
næ fidei contractibus: ubi ex bono & æquo iudicari oportet, iniquum
planè foret. §. In bonæ fidei iudicijs. Inſt. de actionibus.

Secundò

† Secundò illud pactum de retrouẽdendo,ut quoduis aliud ſimile onus, 80.
lex ſubrogat in partem precij,& pro precio reputat. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi
fundum. ff. de actionibus empt. L. fundi partem. ff. de contrahen.empt.
Verùm emptor obligatus ad preciũ,cogitur illud preciſè dare, nec intereſſe
eo nomine poſſet præſtare. L. ex empto. §. Emptor aũt. L. Iulianus. §. ex
uendito. ff. de act. empt. Bart. in L. Stipulationes non diuiduntur.nu. 12.
in decima oppoſitione. ff. de uerb. oblig. Igitur in ſubiecta controuerſia
ad ſolutionem intereſſe non eſt admittendus emptor , quum ſubrogatum
illud pactũ de retrouendẽdo in partẽ precij cenſendum ſit eodem iure, quo
precium. L. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ubi gloſ. notat. in uer. danda non eſt.
ff. ſi quis cautionibus. §. Fuerat. Inſti. de action.

Tertiò & efficatius ſic dico: † Venditio ipſa ſeu retrouenditio nõ con- 81.
tinet purum factum, ſed ius & factum permixtim in ſe habet. Factum qui-
dem, propter certi precij conuentionem inter emptorem & uenditorẽ cum
primis neceſſatiò ineundam. L. 1. §. conuentionis. ibi, Nam ſicuti conue-
nire dicũtur &c. ff. de pact. Idẽ propter rei uenditæ traditionẽ, in qua actus
naturalis,ſiue corporalis interuenit,uel ſit mobilis uel immobilis res,quæ tra-
ditur. L. plebs.§.pignus. ff. de uerb. ſignif. L. Fiſtulas. §. fundũ. ff. de con-
trahen. empt. L. 1. §. ſi uir uxori. ff. de acquir. poſſ. Ius quoque ineſt uendi-
tioni: quoniã uenditor ius ſuũ, quod habet in re uẽdita, transfert in empto-
rẽ. L. ex empto.circa prin.ff. de act. empt. Bart. inſigniter explicat in d. L.
Stipulationes non diuiduntur. num. 39. dũ rationẽ differentiæ oſtendit in-
ter obligationẽ, rem tradi ex uenditionis contractu,& obligationem,rem tra-
di ex alio contractu , puta ſtipulatione. Idem annotat rurſus in L. 1. in
prin. num. 13. ff. de actio. empt. Vbi etiam Paulus Caſtrenſis & reliqui
ſcribentes probant. Ergò qui uenditionem promiſit,ſeu retrouenditionem,
non purum factum promiſit , ſed factum iuſque ſimul, uti dixi. Et hoc uo-
luit gloſſ. quamuis non ita affatim declaret. in L. Certi condictio. in princ.
in uerb. certum. ff. ſi cert. pet. dicens factum purum in emptione & uen-
ditione non contineri , habes de hoc præterea doctrinam Bart. indubita-
tam. in L. cui uſufructus. ante finem. ff. de uſufruct. lega. quo loco ait,
quòd uendere eſt quid facti non meri. Sic propriè in terminis quæſtionis
noſtræ decidit idem Bart. in ſuo conſ. 195. Incip. Angelotus & Andreo-
lus. ubi in diſcurſu conſultationis obiter pro conſtanti adfirmat , pactum
de retrouendendo conſiſtere in dando & faciendo : citat. L. Conſilio . ad
fin. ff. de cura. furioſ. & d. gloſſ. in L. Certi condictio. in uerb. certũ. ff.
ſi cert. pet. Rurſum perſpicuè hoc idem uoluit ipſe Bart. (ſi puriore men-
tis acie inſpiciatur) in d. L. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. uerſ. et hanc di-
co ueram,quia ille &c. ff. de leg. primo. Illic aſsignans rationem, cur dam-
nato hærede in teſtamento uendere, & recuſante oblatum precium re-
cipere , cenſeatur trenslatum abſque alia traditione dominium rei in lega-
tarium &c. inquit , quoniam ille, qui damnatus eſt uendere , non eſt ſim-
pliciter damnatus ad factum , ſed ad dandum, ſi eſt dominus. citat prædictã.
L. ex empto. & gloſſam. in d.L. certi condictio. En igitur Bart. noſter,
qui rationem indicat generalem, conuenientẽ non minus cõtractui & pacto
de retrouendendo, quàm teſtatoris diſpoſitioni, hoc ipſum ſenſit nobiſcum.

repetit denuò idem in. L. uxorem. §. Agri plagam. uerſ. ſecundo per rationem. ff. de leg. tertio. Itaq; ſi obligatus uendere, dicitur eſſe obligatus addandum & faciendum ſimul, uti Bart. teſtatur & ueritas certè ipſa demonſtrat, emptorem in caſu noſtro fundũ, quem apud ſe retinet, preciſè tradere uenditori compellendum, optimo iure crediderim.

Quarto ſi penitius pactum hoc de retrouendendo intueor, nihil prorſus aliud ac ipſam fundi traditionẽ ex cauſa uenditionis in eo pacto peculiariter
82. contineri, uidere uideor. † Licet namq; conſtet ex duobus uenditio: ex precio certo conſtitutio, & ex partium conſenſu. L. 2. in ſecundo reſponſo. L. in uenditionibus . in prin. ff. de contrah. empt. §. precium. Inſti. eod. de empt. & uend. Veruntamen tunc & imperfecta eſt, & effectu ſuo caret, niſi res uendita tradatur & precium numeretur. L. ſi quis alienam rem. ibi, cogetur implere uenditionem. ff. de action. empt. L. fin. ibi, & precia perſolui, & uenditionem ad effectum peruenire &c. C. de contrahen. empt. L. 1. per totã. ff. eod. de contrah. empt. L. ſi ſoluturus. in fin. ibi, quia emptio perfecta ſit. ff. de ſolutio. L. fin. ibi, conuentione facta eſt &c. ff. de acceptilationibus. Vnde nimirum Iuriſconſultus ait, ineſſe inprimis naturaliter huiuſmodi contractui emptionis & uenditionis, ut rem uenditor emptori omninò præſtet, tametſi de re præſtanda actum expreſsim inter contrahentes nihil fuerit: uiciſsim ut emptor (quamuis de precio numerando dictum aliquid non fuerit) ex natura tamen contractus uenditori preciũ numeret. d. L. ex empto. in prin. & in. §. Emptore autem. &. L. Iulianus. §. ex uendito. in prin. ff. de action. emp. d. L. 1. ff. de contrah. empt. facit tex. in. L. cum quid. ff. ſi cert. pet. L. ſi uno. in prin. in ſecundo reſponſo. L. quæro. §. Inter locatorem. ff. locati. Proindè reliquum eſt, talem promiſſorem teneri non ſolum uendere ſimpliciter, ſed etiam rem ex cauſa uenditionis tradere principaliter: ſicq; promiſiſſe intelligitur non purum factum; iuxta notata per Bart. Paulum Caſtrenſem, ac alios in. d. L. 1. in prin. ff. de action. empt. & per Bart. in. L. Stipulationes non diuiduntur. num. 39. de uerb. oblig. meritò preciſè rem tradere, ſi poteſt, quia eam penes ſe habeat, cogendus erit.

Nouiſsimè puto dici poſſe: per id pactum de retrouendendo pro eodem precio, retrouenditionem ipſam eſſe (quantum ad ſubſtantiã eius & ſolennia requiſita attinet) tunc ilicò celebratam, quum precium uenditor offert: nihilq; amplius, quàm rei reſtitutionẽ pro eius perfectione, atq; implemento
83. deſiderari. † Nam ſi duo ſimul de re & precio ita conſentiant, ut alter dicat, uolo hanc rem uendere tibi pro decẽ, & reſpondeat alter, & ego pro decẽ illã emere uolo: protinus eſt uenditio cõtracta & emptio, gloſ. habes inſignẽ & cõmuni ſcribentiũ calculo receptã in. L. in uendentis. pauld antè finem eius. C. de contrahen. emp. tradit Bart. in L. ſerui electione. in fine principij. ff. de legat. primo. Enimuerò in pacto de retrouendendo fundum pro eodem precio uerba prædicta ſaltem uirtualiter interuenerunt: quia emptor promiſit, ſe uelle uenditori retrouendere illlum fundum pro eodem precio, quando uenditor ipſe preciũ reſtituiſſet. Simili modo & uenditor dixit ſiue aſſenſit, ſe uelle eodem precio retroemere eũ fundũ, ubi idem ipſemet preciũ obtuliſſet. Quare, oblato precio, retrouenditio protinus erit contracta.

Pro iſta

Pro iſta opinione indico prætereà tex. in L. pacta conuenta. §. an idẽ di-
ci. in fin. ff. de cõtrahen. emp. Quandò poſt primam uenditionẽ ſi rurſus
de augendo aut minuẽdo precio eiuſdẽ rei inter partes conueniat, noua ſta-
tim emptio cõtrahitur, & à priore receſſum uidetur. Rationẽ inibi aſsignat
Iuriſconſultus, quoniã emptionis ſubſtantia cõſiſtit ex precio. Sic ergò quã-
primùm de precio rei conuenit inter contrahentes, emptio & uenditio ce-
lebrata eſt. Vndè in quæſtione tractata quum fuerit conuentum inter em-
ptorem & uenditorem, quòd pro eodẽ precio retrouendetur fundus, quan-
do precium uenditor reſtituiſſet &c. Dicendum eſt oblato illo precio, retro-
uenditionem confeſtim eſſe peractam. Quapropter huic ſententiæ, quæ
multò æquior atq; iuſtior ſanè mihi uidetur, & à qua uel conſulendo uel
iudicando nunquàm ipſe recederem, firmiſsimè inhærendo, in contrarium
oppoſita expugnare operoſum minimè duxerim.

Admitto equidẽ in illis, in quib. doctores loquũtur terminis, aliud eſſe pro-
miſsionẽ de uendẽdo, & aliud ipſam uenditionẽ. Nam, ut inquit Bart. in. L.
ſi pupillus. ff. ad. L. fal. Subſequens uẽditio eſt præcedẽtis promiſsionis ſo-
lutio: benè facit tex. iuncta gloſſ. in L. certi condictio. in prin. in uer. ex om-
ni cauſa. ff. ſi cert. petat. Attamen nõ ob id in cõtrouerſa quæſtione negari
poteſt, quin in ea uenditionis promiſsione ius & factũ ſimul fuerit promiſ-
ſum: quandoquidem uenditio ipſa purum factum non contineat, ſicut pau-
lò antè in tertio argumento demonſtraui.

† Neq; adeò uerũ eſt, quod hic profitẽtur Bononienſes, uẽditionis & em- 84.
ptionis contractũ eſſe ſolummodò facti, non etiã iuris, allegantes ad hoc. L.
cõſilio ad fin. ff. de curat. furios. Quia illic contrariũ Iulian. haud ſinuoſè do-
cet, ita ſcribẽs: quia ſolutio, uẽditio, traditio magis facti, quàm iuris ſunt. Fatẽ-
tur itaq; Iuriſconſultus inibi, uenditionẽ non eſſe meri facti, quãuis plurimũ fa-
cti illa habeat: ſed iuris etiã nonnihil eſſe, quemadmodum Papinianus alibi
de poſſeſsione loquens ait: poſſeſsio plurimum facti habet. L. deniq;. ad
fin. ff. ex quibus cauſ. ma. Cæterùm non negauit propterea, eidem poſ-
ſeſsioni, & ius quoq; ineſſe. L. poſſeſsio quoq;. in prin. & in. §. qui aliena.
L. poſſeſsionem pupillum. ff. de acquir. poſſeſſ.

Secundò reſpondeo (Et hæc reſponſio priore non eſt inferior) † Dum 85.
Bart. doctoresq; cæteri adſerũt, promiſionẽ de uendẽdo nõ eſſe ipſam uendi-
tionẽ: loquũtur neceſſariò, ubi quis ſimpliciter promiſit, ſe uenditurũ aliquã
rem alteri, nullo certo in promiſsione expreſſo precio. At uerò ſecus in the-
mate noſtro, ubi non fuit ſimplex pactũ de retrouendendo, ſed precium cer-
tũ, quod uenditionis ſubſtantia eſt, fuit nominatim conuentum. Pro eodẽ
etenim, quo ipſe emerat, precio retrouendere uelle emptor quandocunq; re-
ſtitueretur preciũ, promiſit. Meritò ex illa precij cõuentione retrouenditionẽ
eſſe celebratã, cũ primis offertur preciũ, facilè cõiectari licet. d. L. pacta con-
uenta. in §. An idẽ. in fin. ff. de contrah. emp. Et cũ aſſenſerit contrahentiũ
uterq;: emptor uelle ſe retrouẽdere pro eodẽ precio, & uenditor uelle ſe eo-
dẽ precio retroemere: peragi protinus uenditionẽ oblatione precij, certo cer-
tius eſt. d. gloſ. in L. in uendentis. C. de contrah. emp. ut anteà pridẽ tra-
didimus. Ideoq; cõſtat, per illud pactũ de retrouendendo, nõ ſimplicem pro-
miſsionẽ uenditionis eſſe factã, uerũ eam ipſam uenditionẽ, oblatione precij
accedente, propriè actam.

86. † Ob id per prædicta dixerim: oblatione precij facta, agendum eſſe tunc actione ex empto ad rem tradendam: utpote emptione per illam precij oblationē peracta. L. ex empto. in prin. L. Iulianus. §. Offerri. ff. de action. empt. non autem actione uenditi ex primo contractu agi tum oportere: quia non ſumus in terminis amplius noſtræ legis: ubi contrahentes pacti fuerunt, prædium reſtitui, non quidem retrouendi.

Per hæc primum & ſequens contrarium fundamentum eſſe expugnatū, uidere eſt. Vel etiam ultra prædicta dices, obiectum illud ſecundo loco de donatione facta pacto nudo, & nuda promiſsione de donando &c. Diſputationi noſtræ parum commodè applicari. Namq; pacto nudo facta donatio actionem parit ualdè ſingulariter donatario contra omnes iuris noſtri ciuilis regulas. d. L. ſi quis argentum. C. de donat. L. iurisgentium. §. Igitur nuda. ff. de pactis. Quapropter minimè mirum uideri poteſt, ſi illud ſingulare legis decretum non retinet uim, roburq; ſuum in nuda pactione de donando: quum ius ſingulare & contra communes regulas uno aliquo caſu receptum ad conſequentias latius non ſit prudentium interpractatione producendum. L. quod uero. cum ſequentibus. ff. de legibus.

Expunctis proindè primo & ſecundo partis aduerſæ argumentis, nec ptertium conſiſtit. Porrò aget uenditor in caſu noſtro poſt oblationem precij actione ex empto preciſè ad tradendum, ſicut iam dixi. Ergò locum adhuc habebunt notata per gloſſ. Bart. & alios in. d. L. 1. in prin. ff. de act. emp. Nempè quòd reus, qui rem apud ſe habet, eam preciſè tradere ſit compellendus. Aut etiam ſi diceremus, non eſſe per oblationem precij retrouenditionem celebratam, prout eſt, & uenditorem agere tantiſper ad retrouendendum: nihilominus tamen diceretur tùm quoq; agere hic uenditor principaliter ad tradendum: quoniam traditio rei principaliter ineſt uenditioni ex propria illius contractus natura. d. L. ex empto. in prin. ff. de act. emp. L. 1. per totam. ff. de contrah. empt. Quod & pridem in tertio, ac quarto fundamento latè ſcripſi.

Conſtat dein ex proximè dictis, non eſſe uerum, quod quarto loco à domino Goziadino eſt propoſitum: ut ſcilicet uenditor agens contra emptorem ad retrouendendum, dicatur agere ad merum factum: quinimò agit ad factum & ius ſimul, quia in pacto fuit promiſſa retrouenditio, quæ iuris & facti eſt. d. L. Conſilio. ad fin. ff. de curatorib. furios. Et uberius antè notaui in tertio Fundamento. Præthereà, quod & fortius eſt, reor uenditori agendū eſſe poſt oblationem precij ex empto ad tradendum, non ad uendendum, quemadmodum anteriore loco ſcripſi.

Neq; ualet poſtremò, quod ex conſ. Alex. 68. in ult. col. lib. 1. adducebatur: eum, qui uendere promiſit, niſi uendat, ad intereſſe obligari. Illud dictum Alex. arbitror ad leges, quas inibi ipſe allegat, eſſe referendum iuxta doctrinam Bart. in. L. non ſolum. la. 2. §. Si liberationis. num. 7. ff. de liberat. legat. Sed in legibus citatis per Alex. de eo tantum legitur, qui promiſit, nulla certi & definiti precij facta mentione, nemini, quàm mihi, uendere fundum, quem alij poſteà nihilominus uendidit, ſicq; apud ſe non retinuit: quare actione ex uendito mihi eo nomine tenebitur. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de actio. empt. Cæterùm in occurrenti diſputatione fuit

promiſſa

promiſſa retrouenditio fundi pro eodem precio : & ſic per eam qualifica-
tam promiſsionem cum oblatione precij, ut dictum eſt, peracta intelligi-
tur uenditio : præſupponiturq; præterea quòd fundum hic promiſſor, con-
tra quē agitur, penes ſe habeat. Et Alex. intelligit, actione ex uendito ad
intereſſe illū teneri in caſu dicti. §. Si tibi fundum . Id quod & ipſe admit-
to, ſi modò uendidit ille ſimulq; emptori fundum tradidit, aliàs fundum
apud ſe iam ſi retineret, utiq; fundum mihi preciſè uendere tradereq; om-
ni iure adigeretur, per ſuperius copioſè à nobis deducta. Nec illo caſu,
quando fundi tradendi poteſtatem habet promiſſor, Alex. loqui puto, aut
certè eo caſu loquentem ex antelatis repræhendo. Explicitus eſt tractatus
ille pacti de retrouendendo quandocunq;, aut intra certum tempus pro eo-
dem precio.

Iam quæro, ſi fundi emptor uenditori promiſit, nulli alij, quàm ipſi
uenditori, emptum prædium uendere : an ex uendito actione emptorem
uenditor cogere poſsit retrouendere ? † Diſpiciamus primò, ſi placet, 87.
num id pactum recipi oporteat, quod alienandæ pro arbitratu rei propriæ
adimit poteſtatem. Et non recipiendum, Pomponius clarè ſatis reſpon-
diſſe uidetur in . L. nemo. ff. de pact. ubi ſtatuit non ualere pactum,
quo quis fundum ſuum, citra uicini aſſenſum diſtrahere promittat. Sed
Pomponio Paulus atq; Hermogenes palàm diſſentire niſi ſunt in d. L. ſi
ſterilis. §. ſi tibi fundum . ff. de action. empt. in . L . qui fundum. la. 2.
ff. de contrah. empt. ubi ualere pactum adſerunt, quo nemini, quàm uen-
ditori, comparatum fundum uendere emptor ſe obliget.

Vndè pro conciliandis pugnacib. Iuriſconſultorum ſententijs dices:
ualere quidem pactum hoc à nobis propoſitum, per quod licentia diſtra-
hendi rem propriam emptori non penitus auffertur : tametſi coanguſte-
tur plurimum, ad eamq; amuſsim reſtringatur, quo minus in alium, quàm
uenditorem ſuum, diſtrahere queat. d. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. cum
ſimilibus. Quinimò tunc emptori lex ſubuenit, ut ſi uenditor de emendo
fundum interpellatus emere neglexerit : in alium quemuis emptor liberè
poſsit alienare. L. qui Romæ. §. Cohæredes. ubi doctores. ff. de uerb.
oblig. Quare allegatus locus in d. L. nemo. ff. de pact. à quæſtione
mota eſt alienus. Procedit ſanè, quando nemini unquàm uendere quis
rem ſuam abſq; uicini aſſenſu promittit : quod lex nimis iniquum eſſe exi-
ſtimat, arg. L. dudum. ibi, neq; homines ſuo arbitrio uendenda diſtra-
herent &c. nec non ibi, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur
inuiti &c. C. de contrah. empt. L. inuitum. eodem tit. facit in ſimili L.
illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. In hunc penè ſenſum Petrus de Bella
pertica, Ioannes Imolenſis, & Raphaël Fulgoſius reſponderunt in d. L.
qui Romæ. §. Cohæredes. de uerb. obliga. Sicut inibi Alexan. nume. 8.
ſcribit.

† Altera eſt reſponſio certior, adeòq; probata magis : non ualere qui- 88.
dem pactum regulariter, quò rem propriam alienare quis ſibimet interdi-
ceret. d. L. pacto. niſi alterius paciſcentis intereſſet, pactum huiuſmodi
ſeruari : aut etiam uenditor in rei ſuæ traditione talem emptori præſcrip-

ſiſſet legem. Tum quippè uenditor illa fractus pactione ius ſuum tranſtu-lit in emptorem. Ideóq; ſpe ipſum fruſtrari ſua, æquitas ſacrarum legum non eſt paſſa. L. fin. infra eod. tit. noſtro. L. in traditionibus. ff. de pactis. d. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. de act. empt. cum ſimilib. Sic propriè docet Bart. cui doctores communibus ſuffragijs accedunt in. L. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. in prin. ff. de uerb. oblig. & glo. reliquiq; ſcribentes tradunt in prællegata. L. pacto. ff. de pactis. Ad inſtitutam quæſtionem nunc redeo.

Quandoquidem in pacto conuento præceſsit oratio negatiua, ut quia promiſit nulli alij fundum uendere emptor: & ſtatim conſequitur exceptiua illa dictio, quàm, ſeu, niſi: dicendum eſt, uenditori ius eſſe agendi ad
89. retrouendendum contra emptorem. † Porrò ubi negatiuæ orationi iuncta eſt huiuſmodi exceptiua dictio, niſi: quod in oratione præcedenti negabatur, in exceptione ſequenti certò adfirmatur. L. actione. ubi poſt glo. doctores omnes per illum textum. C. de tranſact. Dyn. in. c. peccatum. in prin. de reg. iur. lib. 6. Ant. de Butrio, Cardinal. & reliqui in. c. ex parte. extra de ſponſali. Alexan. in conſi. 152. Incip. Viſo proceſſu cauſæ matrimonialis. col. 2. lib. 5. indico bonum textum in. L. prætor ait. §. ſed & filiusfamil. uerſ. labeo. ff. de ædendo. in. L. Venationem. ff. de uſur. Ideóq; emptorem cògi, diſtrahere fundum à uenditore poſſe uidebatur. Quin & in ſubiecto dubio ita pene ſenſit per omnia gloſſ. in. L. ſi cum. §. qui iniuriarum. in uerb. Idem Pomponius ait. ff. ſi quis cautionib. Idem gloſſator repetit remiſsiuè in. d. L. actione. in uerb. niſi. nec non & in. d. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. in uerb. ſed ita. ff. de act. empt.

Bart. autem, cuius ſententiæ doctores communiter ſubſcribunt, in. d. L. Actione. & in d. §. qui iniuriarium. contrarium docet. Inquit ipſe, in tali pacto non actum uendendi, ſed potentiam ſolùm contineri: ut ſi quandò emptor uendere comparatum fundum uoluerit, nemini quàm uenditori ſuo uendere poſsit: allegat in ſimili tex. in L. Titia. §. Lucius. ff. de manumiſſ. teſtam. ubi Honeſiforus à domino iubetur non eſſe liber, niſi rationes diligenter reddiderit: & tamen Scæuola reſpondet, uel ipſis rationibus redditis nihilomagis Honeſiforum fore liberum: nimirum itaq; aiebat Bart. illum locum de poteſtate tantum, ſeu habilitate perueniendi ad libertatem, non etiam de ipſo actu libertatis conſequendæ intelligendum. Perindè ac ſi teſtator elogio ſuo cauiſſet: ut Honeſiforus liber eſſe non poſsit, niſi rationes reddiderit: ergò ubi rationes reddiderit ad libertatem (ſi hæredi domino uidebitur) perduci tunc poterit, anteà non poterit. Sic quoq; in propoſito ex ui pacti emptor fundum nemini uendere poterit, niſi uenditori ſuo. Igitur ſi diſtrahendi fundum emptori animus non eſt: nec uenditori retrouendere cogetur, arg. L. non quicquid. ff. de iudic. L. ſæpè audiui Cæſarem. ff. de offi. præſ. Barto. ſunt imitati Angel. Imola. & Alexan. in. L. qui Romæ. §. cohæredes. nume. 9. ff. de uerb. oblig. Iaſo. & alij ind. L. actione. C. de tranſact. & in. L. ſi eum. §. qui iniuriam. ff. ſi quis caution. ac citra controuerſiam Moderni Bononien: hic.

At uerò

At uerò Bald. in. c. cum acceſsiſſent. extra de conſtit. contrarium ea ratione uerius eſſe autumat: quòd illa pacti exceptio, niſi tibi &c. inanis illic foret atque ſuperuacua: alias etenim iure communi emptor potuit retrouendere fundum ſoli uenditori, ſi ita utrique libuiſſet. L. ſicut. C. de act. & obligat. L. In re mandata. C. mandati. Quamobrem eiuſdem pacti exceptio, ne fruſtrà conuentioni indita uideatur, præſtare quid ultra ius commune debebit, puta quòd uenditori teneatur uendere emptor. L. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. L. 1. in fin. ff. ad municipal. L. ſi quando. in prin. ff. de legat. 1. † Maximè autem cùm in contractibus tùm in reſcriptis uerba aliquid operari debent: neque minimum uerbum, ne dixerim dictiones, in illis oportet eſſe uacuum. gloſſ. in. c. ſolitæ. in uerb. tanquàm. extra de maior. & obed. Bald. ipſe in Rubrica. C. de contrah. empt. in. 9. q. nū. 9. In qua opinione contra Bartol. priuſquam Bald. aut alios uiderim, ego certè fui. Sed reſponderi poteſt argumento Bald. eam pacto admotam exceptionem ſatis operari ultra ius commune: quia emptor, alteri ſi uendet, actione ex uendito ad intereſſe obnoxius uenditori fiet. d. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. de acti. empt. iure autem communi non item, prout Iaſ. refert in d. L. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. ult. num. 41. ff. ſi quis cautionibus. 90

† Cæterum ipſe diſputationis ergò, ueritatiſque indagandæ ſtudio, uehementius contra Bartol. & communem ſententiam inſto, atque emptorem poſſe cogi à uenditore, ut fundum ſibi retrouendat, ſecundum ea, quæ proponuntur, exiſtimo. In illo, de quo loquimur, pacto, promiſit uenditori emptor, nulli, niſi ipſi, uendere fundum: † Enimuerò uerbum, uendere, ex propria eius natura, propriaque ſignificatione actum uendendi continet: ſicuti uerbum, emere, actum emendi quoque demonſtrat. L. Inuitum. C. de contrah. empt. patet hoc in Rubrica. C. quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere uel mercari uetantur. in. L. non intereſt. ibi, poſſeſsionem uendere cogerentur. C. de his, quæ ui met. cauſa. & uerbum reficere, item, purgare, actum reficiendi, ac purgandi naturaliter indicant. L. 1. §. deindè ait prætor. ff. de riuis. Quemadmodum eximere, nec non eripere uerba, cum effectu ſemper in diſpoſitione dicuntur adſcripta. L. ſed eximendi uerbum. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. eſt ui exim. cum ſimilibus. Meritò emptor uendere promittens, non quidem nudum arbitrium, ſed actum uendendi potius promiſiſſe cenſendus erit. Alioquin uerba illa, emere, & uendere intelligerentur prolata ſine effectu, quum demonſtrarent ſolummodò licentiam & poteſtatem uendendi, non etiam actum uenditionis. quod nuſquam aliàs ſic eſt receptum. L. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quiſque iur. L. penult. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. ui exim. L. Blanditus. C. de fideiuſſoribus. Quid enim prodeſſet uenditori hoc pactum, ſi promiſsio nullum haberet effectum? ut inquit Iuriſconſultus in d. §. hæc autem uerba. in fine. 91 92

† Eodem ſpectat, quod alibi ſcripſit Bart. in. L. Pomponius. num. 19. ff. de negot. geſt. dicens, uerbis factum præſignari, aduerbijs autem facti 93

qualitatem notari. Proinde uerbo, uendere, in pactione illa, nihil quàm actum propriè uendendi, ſeu actus uenditionis perfectionem deſignari puto.

Subindè cogitabam, quòd ipſi ſoli uenditori per illam pacti exceptionem fundum uendere promiſit, ſicque ipſam uenditionem, quum uerbum uendere uenditionem actualem ſignificet, ſicut ex quouis alio uerbo factum prænuntiari dixi. Ergò ſi uenditionem promiſit emptor, utique actum uendendi ſeu factum, atque actus conſumationem promiſit, non ſolam uendendi licentiam, ſiue poteſtatem. L. Conſilio. ad fin. ff. de curatorib. furios. ubi dicitur, facti magis quàm iuris eſſe uenditionem. † Quare
94. ſi uerba pacti conueniunt opinioni noſtræ contra Bartol. ut & ipſa pacti diſpoſitio conueniat, eſt neceſſe. L. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.

Aliud prætereà denique uenit in mentem: nemo creditur in dubio tacitè uendere, aut in uenditione excipere, quod ignorat & non ſcit. L. In lege fundi. ibi, neminem enim nec uendere nec excipere poſſe, quod non ſcit. ff. de contrah. empt. Sed emptor ſecundum Bart. & reliquos ſcribentes tempore, quo promittit, nulli uendere fundum, niſi uenditori, non ſcit adhuc, ne an fundum uendere uelit: igitur uenditionem, quam neſciuit futuram, neque promittere aut excipere in promiſsione ualuit. Nam ſi non poteſt quis uendere uel in uenditione excipere, quod illi eſt incompertum: æque idem non potuit promittere, quod ignorat: † quoniam à quo
95. remouetur genus, remouetur & quælibet generis ſpecies. habes gloſſ. de hoc in. L. Si cauſa cognita. in uerb. peremiſti. C. de tranſact. eſt bonus textus in. §. uulgo quæſitos. Inſt. de ſucceſſ. cog. in. L. 1. §. quod autem prætor. in fin. ff. de aleæ luſu, & aleat. & glo. ult. in. L. 1. in fin. ff. de ſuis & legitim. Sic ergò qui non poteſt uendere, uenditionis promiſsionem, quæ eius eſt ſpecies, non quibit facere. Quare uides, opinor, pactum illud, ſi ad Bart. normam retuleris, inutile prorſus iudicari oportere. Quod tamen pernegauit Paul. in d. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de action. empt.

Quintò moueor: uerba ſimpliciter prolata, debent ſimpliciter intelligi, & non ſecundum quid. L. Hoc legatum. ff. de legatis tertio. Verùm ſi pactum hoc intelligatur ſub conditione, quemadmodum à Bart. intelligitur. in. d. §. qui iniuriarum. in fin. Nempè ſi emptor uolet aliquandò uendere fundum &c. Verba eiuſdem pacti non ſimpliciter, uti debent, accipientur. Quia conditionalis conuentio non eſt ſimplex conuentio. L. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uerb. oblig. Igitur iſtiuſmodi pacti uerba ad ſenſum Bart. non ſunt referenda.

96. † Sexto dicebam: uerba non modò pacti, ſed cuiuſque diſpoſitionis (niſi aliud dictum manifeſte conſtet) de puro actu, non etiam conditionali dicta eſſe credendum, ſecundum Bartholomeum Socinum in. L. 1. in primo notabili. nume. 3. ff. de uulg. & pupill. Quod & manifeſto Iure probatur. Lex ſimpliciter iubet filium inſtitui uel exhæredari. L. inter cætera. ff. de liber. & poſthum. Non ueruntamen præcepto legis ſatisfit per inſtitutionem uel exhæredationem conditionalem. L. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit.

& ſubſtit. L. 3. §. purè. ff. de lib. & poſth. Vel pone, municipali lege ca-
ueri, de quouis contractu aut legato quid fiſco pendi debere: nihil de con-
tractu conditionali ſiuè legato ſoluetur: ſiquidem ſtatuti uerba ex proprio
ſignificato ad contractus purè celebratos duntaxat pertineant, Bart. in. L.
Cum Titio. ff. ad L. Falc. Bal. in L. In annalib. C. de legat. Itaq; uerba hu-
ius pacti de actu uendendi puro, non autem conditionali, ſi quando emptor
uendere uolet, ſunt ſanè intelligenda.

Septimò ac poſtremò ſciendum eſt: † quòd uerba cuiuslibet diſpoſi- 97.
tionis ita demum inflectuntur detorquenturuè ad ſolam potentiã ſiuè ha-
bilitatem, ſi in recto ſenſu non poſsint de actu uero intelligi, non aliàs. Ex-
empli gratia, ſeruit, id eſt, ſeruire poteſt: uel nocet, id eſt, nocere poteſt: ui-
debitur, id eſt, uideri poterit: tenetur, hoc eſt, teneri poteſt: et id genus ſi-
milia uerba. Quæ cum in ſenſu directo citra orationis uitium non poſsint
ad actum efficaciter referri, detorquentur, uti dixi, ad ſolam eorum aptitu-
dinem uel potentiam, ne diſpoſitio eluſoria reddatur. L. Si pater mulieris.
in fin. cũ gloſſ. in uerb. ſeruiat. ff. de iur. doti. L. Labeo, ubi eſt tex. de hoc
ſingularis. ff. de ſtatuliber. L. patri. in prin. & ibi gloſſ. in uerb. tenetur.
ff. de minor. Quocirca hic quum uerbum illud, uendere, ſine orationis
uitio, quinimò commodius magiſq; propriè in ſenſu recto & cum effectu
uendendi naturaliter poſsit accipi: ad ſolam duntaxat potentiam non benè
uidetur referri.

Has uenditoris partes, quæ multò ualidiores apparent, tutari ſi libet: ob-
iectam de libris Sceuolæ difficultatem minimo negotio ita delebis: in d. L.
Titia. in. §. Lucius. ff. de manumiſſ. teſt. uerba illa teſtatoris, liber ne
eſto &c. non poterant de actu proprio conſequendæ libertatis intelligi, ſi-
cut ibidem Sceuola reſpondit: propterea Bart. ad ſolam adipiſcendæ liber-
tatis potentiam ea haud immeritò transfert. d. L. Labeo. ff. de ſtatulib. &
proximè ſcripſi in ſeptimo fundamento. At non ſic in ſubiecta pacti con-
uentione uerbum illud, uendere, ad ſolam uendendi poteſtatem eſt trahen-
dum, cùm in recto ac proprio ſenſu actum uendendi aptiſsime comprehen-
dat, per prædicta.

Neq; ſententiam protrita iuris regula noſtram lædit: obſcuritatem pacti
nocere potius uenditori, quàm emptori, & locatori, quàm conductori de-
bere. L. Labeo ſcribit. la. 1. L. Cum in lege. ff. de contrah. empt. L. Vete-
ribus. ff. de pactis. c. contra eum. de reg. iur. lib. 6. Reſpondere multifa-
riã obiectioni poſſum. † Vbi in uenditionis & emptionis cõtractu aliquid 98.
obſcurè pronunciatur ab emptore, nõ etiã æque exprimitur à uenditore, illud
nõ debet uẽditori nocere: ſed ea tũ accipiẽda eſt interpretatio; quæ emptori,
qui id protulit, incõmoda eſt: ita enim præmiſſa regula reſtringi ſolet. L. ſi
in emptione. in prin. iuncta gloſſ. prima. ibi, nec nõ & altera gloſſ. in uerb.
intellexerit. ff. de contrahen. empt. Verùm ſic accidit in diſputatione pro-
propoſita: emptor promiſit (his enim uerbis quæſtionem gloſſa Bart. &
doctores in medium referunt) nemini, niſi ſuo uenditori, comparatum
fundum uendere. Quamobrem, ſi quæ dubietas in tali promiſsione in-
eſt: nulli certè quàm emptori, qui eam protulit, iuſtius oberit. Tum quippè
Labeo atq; Papinianus aiunt. in d. L. Labeo ſcribit: La. 1. & in d. L.

ueterib. eſſe, quod imputetur illi, qui pactam conuentionem ambiguè enunciauit: quum eam explicatius proponere potuiſſet.

99. † Secundò reſpondeo: uerba ancipitia uenditionis ab ipſo uenditore emiſſa, contra eũ eſſe accipienda, quando ex dubijs illis uerbis, quid inter contrahentes actũ ſit depræhendi nõ poteſt: ſecus ſi cõſtet quid actũ ſit inter eos: quoniã id nos iudicando ſequi decet. d. L. cum in lege. ibi, primũ ſpectari oportet quid actum ſit: ſi id non appareat &c. ff. de contrah. empt. Sic propriè tradit Bart. in d. L. Veteribus. col. 2. uerſ. nec obſtat &c. per. L. Inſulã. ff. qui potior. in pig. hab. Cum itaq; ex plurib. aduerſus Bart. nuper à me obiectis plus ſatis uideas, quid per illã pactionẽ egerint inuicẽ cõtrahentes: operæprecioũ non eſt, in uenditorẽ præmiſſa pactionis uerba præter eorundem ſonum propriumq; ſignificatũ duriter nimis detorquere.

100. † Tertiò dico, iuris regulam, ut ambigua pactio ſoli uẽditori noceat, procedere, ſi pactio uel ob id dubia ſit, quòd eius uerba uarias præſeferant ſignificationes: Alioquin, ſi uerborum pactionis certa eſſet ſignificatio, licet in alio eſſet obſcuritas, præſcriptæ tamen regulæ non foret locus: quia à uerborum ſignificatione tũm recedere fas non eſſet, ſecundum Dec. in. L. in contrahenda. num. ſecundo. uerſ. Item regula dictæ legis ueteribus intelligitur. ff. de reg. iur. benè his conuenit textus in. L. Non aliter. in prin. ff. de legat. tertio. ſed in oblata diſceptatione uerbum, uendere, unicam atq; indubitatam ſecum uendendi trahit ſignificationem, uti à me pridem ſcripta indicant: proindè non ſic habẽda pactio illa erit, quò uenditori noceat, emptoris autem partes foueat.

101. † Rurſus nouiſsimè reſpondeo, pactum, de quo agitur, fuiſſe in uenditione gratia uenditoris, inq; fauorẽ eius adhibitũ. Nam pars precij aliqua tale pactũ eſſe cenſetur. d. L. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundũ. ff. de action. empt. At pacta utut obſcura, utlibet à uenditore præſcripta, ſi in uenditoris aut locatoris, qui inuicẽ æquiparantur, fauorẽ contractui induntur, ſemper cõtra emptorẽ uel conductorẽ pro uenditore ſeu locatore interpretanda ſunt. L. Ea lege. in prin. & ibi gloſſ. in uerb. pro locatore. ac Bart. in ſummario notant per illũ tex. ff. locati. benè facit. d. L. Inſulã. ff. qui pot. in pig. hab. Tũc quidẽ regula prædictæ. legis ueterib. ff. de pact penitus ſilet, & alteri, qua in fauorẽ alicuius, quod eſt introductũ, nõ poſſe præter cõmodum illius cõuerti, diſponitur, locũ cedit. c. Quod ob gratiã. de reg. iur. lib. 6. L. Quod fauore. C. de legib. tradit Cyn. in. c. contra eum. circa prin. codẽ tit. de reg. iur. lib. 6. meritò pro uẽditore eſt reſpondendũ. Cernis itaq;, ut Bart. noſtri opinio cõtra uenditorem in præmiſſo dubio defendi nõ poſsit: gloſſatoris autem ſententia in d. L. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, multò ſolidioribus poſsit rationibus ſuſtineri.

102. † Nunc igitur ordine quæro: quãdo uenditor ad retrouendendũ hũc tibi fundũ agere poſsit? Dixerit fortè aliquis (quòd ſine die emptor uẽdere promiſit) præſenti eũ die uẽditori ad retrouẽdendũ obligari. L. Eũ qui calẽdis. §. quotiẽs aũt. ff. de uerb. obli. §. oĩs. in prin. Inſt. de uerb. ob. L. ſi dies. in prin. ff. quãdo dies leg. ced. neq; id graue emptori poſſe uideri: quũ & ipſe uiciſsim fundũ (ſi diſpliceret emptio) inuito etiã uẽditori pro ſuo arbitratu protinus retrouendere poſſet. L. Quod quis aliquo anno. ff. de actionib. & oblig. L.

Quod

quod in diem certum. ff. de ſolutionibus. Aut certè poſt interpellatū uenditorem, eiuſq; in retroëmendo compertam negligentiam in alium quemuis diſtrahere. L. qui Romæ. §. Cohæredes. & ibi doctores. ff. de uerb. oblig. ſi ergò emptor oneratur in uno, & cōmodum ſentit in alio: non eſt, quare in ſubiecto themate conqueratur. L. eum qui. in prin. ff. de iureiur. L. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. c. qui ſentit. de regulis iuris. lib. 6.

† Quanquàm uerò hæc iure ſtricto colorē in caſu noſtro aliquē habere uideantur: ueruntamen ſaporem illis ineſſe nullum facilè ſentio. Animaduertere quippe eſt, emptionem rerum, & uenditionem eam ob cauſam peculiariter cōtrahi (licet non exprimatur) ut commodū indè cōtrahentiū uterq; capiat. Nam pone, ego cum abundarem nummis, & indigerē frumento pro alenda familia, à te, qui agros poſsidebas, & pecunia ad inſtruendā mercium negotiationem aliquam egebas, fundum comparaui: ſicq; neuter ex nobis ſuo caret emolumento. L. 1. per totam. ff. de contrah. empt. Hæc ideò, quoniam inter uenditorem & emptorem uerſimiliter aguntur, etſi nominatim non exprimantur, ut dixi, pro expreſsis tamen, cautiſſuè habenda ſunt. L. tale pactum. §. pater. ubi gloſſ. ultima ad fin. notat per illum textum. ff. de pact. L. Inſulam. ff. qui pot. in pignor. habea. L. cum quid. ff. ſi cert. petat. Cum itaq; debeat ex illo contractu uterq; contrahentium referre commodum: non poterit uenditor confeſtim, omni emptoris poſthabita commoditate, pro ſuo tantum libitu emptorem ad uendendū intempeſtiuè etiam cogere. Eo pacto nimirùm res tradita cenſeretur non tradita: & precium, quod fuit ſolutum, pro minimè ſoluto haberetur. † Recuperatio etenim feſtina nimis, totam perindè uenditionem præcedentem infectā redderet, ac ſi facta nunquàm illa fuiſſet. L. qui ſic ſoluit. ff. de ſolutio. 103. 104.

Quamobrem putarim, tamdiu uenditori expectandum eſſe, priuſquàm agat contra emptorem ad retrouendendū, quàmdiu emptor ex ea emptione cōmodum aliquod, cuius gratia prædiū comparauit, percipere queat. Neq; anteà uenditorem debere id petere, ac emptor ſuæ promiſsioni ſatisfacere diu fuerit cunctatus, plane cenſuerim. † Sic namq; in ſimili uidemus, ei, qui rem alteri commodat (quamuis officij & humanitatis ſtudio ductus amico commodet) nihilomagis rei commodatæ uſum intempeſtiuè auferre, integrum eſſe. L. In commodato. §. ſicut autem. ff. cōmodat. Potuiſſet inquit enim ibi Iuriſconſultus, commodatum aliundè ſibi commodatarius, quærere, ſi ille non commodaſſet, & ſeſe uiciſsim beneficio homines iuuare, non decipere debent. 105.

Præſens quæſtio deciditur penè in terminis in. L. Lucius. ff. mandati, ubi qui rem alteri commodauit, permiſitq;, ut eam creditori ſuo obligaret, non poſſe illam èueſtigiò repetere, ſed diu expectandum eſſe, quo creditori ſatisfieri poſsit, Marcellus perappoſitè monet. Idem uoluit gloſſa, quam Bart. & ſcribentes communibus ſuffragijs probant, in. L. De reſtituendis. C. commodat. dicens, eum, qui conſenſit rem ſuam pro alio obligari, non prius agere poſſe, quàm tranſactum fuerit tempus, ad quod rem obligari eſt paſſus: uel ſi abſq; præſtituto tempore obligationem contrahi permiſit: non anteà aget, quàm ſi commodatarius aut diu perſoluere debitum diſtulit, aut facilis ei exolutio debiti fuerit. Proindè fretus ea gloſſatoris

toris ſententia Bart. in L. ſi pœnam. ad fin. ff. de uerb. oblig. In propo-
106. ſito aiebat: † Si mutuaui tibi pecuniam ſimpliciter, nullo ſolutioni tempo-
re præfixo, non tamen potero agere, ut mutuum ſtatim reddas: ſed ita de-
mum agam, ſi diu ſoluere ceſſaueris, aut tibi graue non ſit ſolutionem ilicò
facere.

Ad confirmandam hanc Bart. doctrinam Hiſpanienſes quidam in addi-
tionibus ſuis ad Decium noſtrum in. L. in omnibus obligationibus. ff. de
reg. iur. uidiſſe uidentur benè quadrare tex. in L. ſi ſeruus legatus. §. fin.
ff. de legat. primo. & in L. fideicommiſſa. §. ſi hæres. ff. de legat. tertio.
Teſtator ſi damnet hæredem Sempronio pecuniam certis ſub uſuris leuio-
ribus fœnori dare, inquit illic Iuriſconſultus, legatum ex toto utile fore:
107. † At lapſi ſunt Hiſpani ſplendidè nimium. Ibi legitur, huiuſmodi legatū
de mutuanda pecunia pro leuioribus uſuris deſignatis eſſe utile, ac per con-
ſequens, hæredem non poſſe protinus mutuum repetere, ex uoluntate te-
ſtatoris certò colligitur: aliàs legatum utile appellari non poſſet. Id ſanè ibi-
dem ſic accidit non propter latentem contractus ineundi uim, ſicut Hiſpa-
nienſes nō adeò benè ſunt opinati: ſed propter certas illic à teſtatore decre-
tas uſuras. Porrò iuſsit teſtator, certis uſuris, puta annuis, uel menſtruis, tan-
tam pecuniam Sempronio credi. Igitur ex certis illis præfinitis uſuris ſatis ſu-
perq; patet, teſtatorem uetuiſſe hæredi, mutuum antè repetere, quàm
ſors demonſtratas (ut ſic dixerim) promeruiſſet uſuras. Quemadmodum
de loco obligationi adiecto, qui ſpaciū temporis ſolutioni tacitè tribuit, di-
cere ſolemus. L. eum qui calendis. §. quotiens. ff. de uerb. oblig. Alio-
quin uſuræ certæ uideri non poſſent, niſi quantitas earundem foret expreſ-
ſa. L. certum. ff. ſi certum pet. Si quantitas ergô uſurarū, quas legatarius
hæredi præſtare nomine mutui debuit, à teſtatore fuit expreſſa: neceſſum
identidem eſt, tempus fuiſſe expreſſum, cuius ſolius gratia uſuræ præſtan-
tur. L. Debitor uſurarius. L. cum quidam cauiſſet. in prin. §. ſi pupillo in
fin. & per totum titulum. ff. de uſuris. atq; ideò ipſum teſtatorem noluiſ-
ſe prius mutuum repeti, quàm legatarius emolumentum uſuris illis uberius
de mutuo ſibi percipere potuerit: quia legata continent merum lucrum.
L. ſi hæreditatem. ff. mandati & ut alibi traditur, eſt donatio quædam le-
gatum, hoc eſt, merum commodum, pura utilitas. L. legatum eſt quædam.
ff. de legat. ſecundo. L. legatum eſt delibatio. in prin. ff. de legat. primo.
§. legatum itaq;. Inſti. de legat. Meritò illos Affricani Vlpianiq; pruden-
tum locos in d. L. ſi ſeruus legatus. §. fin. & d. L. fideicommiſſa. §. ſi
hæres. à relata Bart. doctrina & quæſtione, ubi nec temporis, nec uſurarum
mentio ulla penitus habita eſt, oppidò alienos huc minimè gentium du-
ximus tranſcribendos. Vndè eram digreſſus, iam redeo.

Dicta gloſſæ & Bart. in locis pridem memoratis aliàs ſua ui, ſuaq; firmi-
108. tate conſiſtunt, & frequenti doctorum aſſenſu recipiuntur: † quin & ge-
neraliter procedere in quouis alio debitore, qui ſine temporis præfinitione
aliquid debeat, ut is ſtatim ad ſolutionem adigendus præproperè non ſit,
Decius rectè exiſtimat in d. L. in omnibus obligationibus num. 6. ff. de
reg. iur. Quod & ego propter rationis identitatem maximè probo.

Quandoquidem autem proximè ſtatui, non prius poſſe uenditorē agere
ad retro-

ad retrouendendum, quàm emptor diu re empta fuerit uſus: diſpiciamus nunc, quatenus diuturnitas illa temporis excurrat. † Qua in re quum nulla ſit ab emptore & uenditore certa conſtituta meta: diutinum hoc tempus iusdicentis arbitrio commiſſum ex regula generali, non iniquè iudicabimus. L. 1. ff. de iure delib. Id quod & Marcellus faciendum apertè docet in d. L. Lucius, ubi quoq; gloſſator in uerb. condemnetur, adnotat. ff. mandat. 109.

† Enimuerò quas uenditori hoc loco præſcriptas eſſe debere leges, teſtatiſsimus: eaſdem & emptori non minus ipſo iure indictas profitemur. Sunt hi quidem uenditor & emptor correlatiua, quibus eadem ineſt ratio: Idcirco ſtatutum in altero, ad utrumq; pertinere æquo iure conſentaneum eſt. L. fin. ff. de acceptilationibus. L. Cum emptor, in princ. ff. de reſcind. uend. L. Bona fides. ff. de action. empt. Quid enim ſi præproperè emptor, priuſquàm uſum de precio ſibi neceſſarium uenditor capere poſſet, retrouendere fundum uolet? Vtiq; intempeſtiuo eius deſiderio locum non faciet iudex, ſicut de uenditore nuper nos differentes audiſtis. 110.

Concluſioni noſtræ nequaquàm aduerſatur textus in d. L. Eum qui calendis. §. quotiens. ff. de uerb. oblig. in. §. omnis. Inſt. eod. cum ſimilibus. Loquuntur illæ leges in remotiſsimis à diſputatione noſtra terminis: quando obligatus ſine diei præfinitione, commodum ex ui & natura contractus de re debita nullum erat laturus. Diuerſum quippè, ubi emolumento frui aliquo debitor ante ſolutionem poſſe debet, quemadmodum in controuerſa iam quæſtione noſtra accidit: præceps tum creditoris interpellatio damnatur per prædicta.

Simili modo non repugnat textus in d. L. Qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. oblig. ubi qui promiſit nemini uendere fundum, niſi cohæredi, poteſt quandocunq; cohæredem interpellare, ut emat, aliàs &c. Nam illic quoq; hæredi per eam pacti conuentionem, ciuſuè naturam, nulla ſibi utilitas ex precio fundi ſeu ualore acceſſura erat: ſiquidem prior altera de eodem fundo non præceſſerat uenditio, uti in quæſtione noſtra contigit. Igitur huc ille caſus non ſpectat.

Quod uerò fertur, creditorem ſuo debitori etiam inuito confeſtim nullo temporis interiecto ſpatio, ſoluere poſſe. L. Quod in diem certum. ff. de ſolutio. L. Quod quis aliquo anno. ff. de act. & oblig. Eò pertinet: ut ex celeri illa debiti ſolutione conditio creditoris ſolum fiat melior, deterior nequaquàm. Ob id debitori, ac cuiuis alteri, lex illud haud difficulter indulget, arg. L. Soluendo. ff. de negot. geſt. L. Soluere. ff. de ſolution. Inſt. Quibus mod. toll. oblig. circa princ. ſecus eſt in ſubiecto diſputationis articulo: ubi aduerſario nihil, quam incommoditas & damnum ex huiuſmodi intempeſta properatione alterius generatur. Vlteriora tradere pergamus.

† Non procul à terminis nuper tractatæ quæſtionis uagantes diſpiciamus, quanto nam precio (ubi precij certi in pacto de retrouendendo, quod fuit incontinenti appoſitū, non eſt habita mentio) retrouenditionē prædij emptor facere teneatur. Noſtri Bononienſes, ac poſt illos Moderni Taurinēſes adſerunt, precium, quo res cōmuniter ualet tempore retrouenditionis, dari oportere: non autē preciū, quo res uendita fuit, inſpici debere. Sed ne illos ſæpius citando defatigemus, ſuum iam ipſi exordiantur narrare commentū. 111.

G Pactum

Pactum hoc de retrouendendo, inquiunt illi, in quo nulla eſt facta mentio de precio, intelligitur de precio conſiderando tempus retrouenditionis, arg. eorum, quæ ponit Bart. in. L. Cum emptor. §. fin. ff. de damno infect. & in. L. Non intelligitur. §. diui. ff. de iur. fiſci. ubi uult, quòd ualor rei inſpicitur ſecundum tempus præſens, non præteritum. Et ſimiliter dicit ipſe in. L. Titius. la. 1. per illum textum in ſecundo notabili. ff. de conſtit. pec. quòd ualor rei inſpicitur tempore, quo euincitur res, non autem tempore, quo fuit uendita. Et in terminis decidit Bald. in. L. 1. col. penult. uerſ. Item nota. C. communia de legat. dicens, quòd precium debet declarari tempore uenditionis, non autem promiſsionis de uendendo. Et ſentit Dominus meus Senenſis in d. L. Qui Romæ. ff. de uerb. obligationibus.

His poſtremò in hunc modum ſequentia uerba Taurinenſes addebant: ſi promiſsio de retrouendendo ſimpliciter facta fuerit: an intelligatur pro eodem precio, uel quomodo, elegans eſt dubitatio. Sed pro iuſto & legitimo precio conuentionem dicas intelligi. Burgos latè in. c. ad noſtram. in ſecundo caſu. col. 2. extra de empt. & uend. facit notab. textus iunctis dictis doctorum in. L. Si fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de legat. primo. Et quæ ſcribit Socin. in. L. Si quis arbitratu. Col. 11. ff. de uerb. oblig. Hæc illi.

112. Vltra eos hanc ego partem diſputandi gratia cónfirmo. † Rerum ualor ſecundum diuerſas temporum uiciſsitudines uarius eſt, ſicut in uarijs locis non ſolet eſſe idem. L. Precia rerum. §. Nonnullam. ff. ad L. Falc. L. Ideò. ff. de eo, quod certo loco. L. Datio poſſeſsionis. §. ſi per uenditorem. ff. de act. empt. Proindè pactum de retrouendendo, cuius effectus in aliud tempus refertur, haud ſecus, quàm illius temporis conditio circa precium ſit latura, uidetur intelligendum. Aliàs unum hoc pactum cenſeretur diuerſo iure reſpectu temporis & precij: quod Iuriſconſultus de una eademque re ſic ſtatuendum pernegat in. L. Eum qui ædes. in fin. ff. de uſucap.

113. † Et ut Calliſtratus ait in d. L. Non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. Agrorum precia ampliantur diligenti cultura, quemadmodum negligentius ſi excolantur, eorum precia minuuntur. Ideoque diligentia emptoris aucto fundi precio, iniquum foret, ſi minoris, quàm poſteà ualeat, retrouendere deberet, argumento eorum, quæ in ſuccedenti quæſtione de ſumptib. & melioramentis mox ſumus acturi. Hæc porrò ueritatis quandam imaginem, ſi ſuperficiem eorum ſolam eminus proſpexeris, præſeferre uideri poterunt. At uerò altius ſi petantur, ueritaſque nuda penitius reſeretur, contrarium eſſe tenendum, & meos Bononienſes cum Taurinenſibus hac parte deſtituendos non iniuria (opinor equidem) iudicabitur. Dicamus aliqua prius de illorum argumentis.

114. Tenuis admodùm eſt illorum prima ratio. † Nam etſi Bart. in d. L. Cum emptor. in. §. fin. ff. de dam. infect. & in d. L. Non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. rectè adfirmet, rerum ualorem conſiderandum eſſe ſecundum tempus, quo peragitur uenditio, non etiam ſecundum tempus præteritum: non tamen loquitur in terminis noſtris, quando uenditio iſta appellanda eſt retrouenditio, quæ fiat inter eaſdem perſonas ex neceſsitate

præcedentis

præcedentis pacti incontinenti appoſiti, & propter priorem alteram de eaſ-
dem re certo precio factam uenditionem. Cæterùm loquitur expreſsim
Bart. de uenditione, ſeu rei æſtimatione, quæ fiat abſq; neceſsitate præce-
dentis pacti, prout alioqui res uendi, aut æſtimari cõmuniter ſolent. Tunc
planè uerum eſt, antiquum illius rei precium, quo ſemel anteà res illa for-
tè ualuit, non eſſe poſthac conſiderandum: quoniam res, ut dixi, modò
pluris, modò minoris æſtimantur, quemadmodum à poſſeſſore ſegnius
aut diligentius coluntur. d. §. diui fratres. Igitur cum noſtra quæſtione
Bart. uerba non habent quicquàm commune.

Quod autem allegatur præterea Bart. in. L. Titius. la. 1. ff. de conſt.
pec. qui ſcribat ualorem euictæ rei inſpici tempore euictionis præſentis, non
tempore uenditionis præteritæ: error eſt impreſſoris. Id enim ſic uoluit
Bart. in. L. Titius. la. 1. ff. de act. empt. ſed reſponde, quòd etiam ſi ma-
ximè tempus euictionis conſiderari debeat pro æſtimatione rei euictæ iuxta
. L. Titius la. 1. & . L. Idemq; & Iulianus. in princ. cum gloſſ. in uerb. de-
terior. & Bart. ff. de action. empt. nihilomagis id emptoris partes in ca-
ſu noſtro promouet. Illud quidem ita accidit propter actionis empti na-
turam: cuius proprium eſt intereſſe emptoris totum complecti. d. L. Ti-
tius. la. 1. ibi, non enim precium continet tantùm, ſed omne quod inter-
eſt emptoris &c. & . L. 1. in princ. eod. tit. de action. empt. At nos
quærimus, num ex conuentione partium uenditioni ilicò ſubiecta, quin
potius in uenditionis met oratione & uerbis compræhenſa, cenſeatur illud
idem uenditionis precium repetitum. Quæ res longè oppidòq; nimis à
Bart. doctrina diſtat.

† Nihil deniq; magis uerum eſt, quòd propſitam quæſtionem Bald. de- 115
cidat in . L. 1. col. penult. C. communia de legat. Eò loci Bal. loquitur
de ſimplici promiſsione uenditionis: quam altera prior uenditio inter eaſ-
dem perſonas non præceſſerat. Sicq; ad caſum noſtrum uerba Bald. nulla
ratione queunt applicari. Id quod manifeſtè liquet ex uerbis & quæſtio-
ne ipſius Bald. proximè præcedentibus dum allegat. L. Etſi æquo. ff. de
legat. 1. Eſt dein quoq; animaduertendum, quia Dominus Goziadinus
commutat uerba Bald. in ſuamq; ſententiam, quoad eius fieri poteſt, cau-
tè pertrahit. Ait namq; Bald. non oportere declarari precium tempore
promiſsionis de uendendo: ſed tempore uenditionis ſic: quaſi dicat, non
eſſe hoc neceſſarium, licet tùm fieri poſsit. Goziadinus autem refert, de-
bere declarari precium tempore uenditionis, non tempore promiſsionis
de uendendo. Eſt certè emphaſis ibi non modica in uerbo illo, debet: per-
indè ſi non aliter fieri poſſe, Bal. teſtatus eſſet: quum Bal. ipſe ab eo ſenſu
fuerit nimirum alienus.

† Simili modo oſtenſus à Taurinenſibus locus in d. L. Si fideiuſſor. §. 116.
meminiſſe. de legat. 1. huc malè transfertur. Damnauerat illic ſimpliciter
hæredem teſtator uendere fundum: cuius nulla prior, quæ certo precio fa-
cta fuiſſet, præceſſerat altera uenditio. Reſpondet Iulianus uenditionem iu-
ſto tum precio peragendam. At quæſtio oblata in eo tota uerſatur, quòd
in contractu primæ uenditionis actæ ſub certo precio interpoſitum fuit
pactum de retrouendendo: Indè quæritur, an ſemel de eadem re inter

eaſdem perſonas incontinenti conſtitutum precium utriq; credatur præſcriptum uenditioni. Quod planè adſerere minimè ineptum paulò poſt agnoſces.

Neq; te tandem moueat, quòd precia rerum debeant imitari conditionem temporum. Siquidem illud ita generaliter obſeruetur, niſi aliud contrahentes fuerint pacti: quorum eſt proprium placitam conuentioni præſcribere legem. L. 1. §. Si conueniat. ff. depoſiti. Cuius rei exemplum de hac tibi ſumito lege. Et licet diligenti cultura poſsint augeri rerum precia: non ueruntamen quod inter partes cautum eſt, ea contemplatione culturæ exolere poteſt, ut hic, & in. L. fin. infra eo. L. Fundi partem. ff. de contrah. empt. L. Si ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de act. empt. Vides ergò quàm parum ſolida ſint, quàmuè multum exigua, quæ pro Domini Goziadini proq; Taurinenſium opinione poſſunt adduci. Arma nunc itaq; noſtra in illos confertiſsima, ſi placet, è regione conuertamus.

117. † Reor ipſe, non alio precio retrouenditionem prædij faciendam in oblata diſputatione, ac prima uenditio inter contrahentes celebrata fuit. Porrò certum eſt, propter pactum de retrouendendo contractui interpoſitum, uenditionem primam fundi illo ſic conuento precio fuiſſe actam. aliàs enim pluris emptori prædium diſtraxiſſet uenditor. d. L. fundi partem. & d. L. Si ſterilis. §. ſi tibi fundum. de act. empt. Si igitur propter retrouenditionem promiſſam fuit inter contrahentes ſic conſtitutum illud mediocre fundi precium, multò magis & ipſi retrouenditioni idem competere conſtitutumq; eſſe precium debet. Nam propter quod unumquodq; eſt tale, & illud magis. c. cum Marte. poſt princ. extra de celebrat. miſſ. auth. multò magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. clem. unica. in princ. & ibi gloſſ. in uerb. profecto. de reliquijs & ueneratio. ſanct.

Secundò argumentum deſumo ab ultima uoluntate ad contractum. Quod (ni diuerſa ratio impediat, prout in caſu noſtro minimè impedit) conſtanti efficacia pollet. L. Iure ciuili. ff. de cond. & demonſt. L. pactum inter hæredem. ubi etiam gloſſa in uerb. diui Marci. & Bart. de pact. L. Seruum filij. §. eum qui Chirographum. ff. de legat. 1. L. Obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. Teſtator libertis ſuis fundum inſtructum legans, poſteà ex interuallo codicillis iubens, partes morientium ſuperſtitibus reſtitui, neq; inſtrumenti tunc amplius habeat mentionem: nihilominus talem uidetur in codicillis præcepiſſe fundi reſtitutionem, qualem prius in teſtamento fecit donationem. L. Fundum inſtructũ. in princ. ff. de fund. inſtr. Quo etiam loco Bart. generaliter monet per illum textũ, talia credenda eſſe ſubiecta, qualia demonſtrant prædicata. Quare ſi tibi qualitas fundi expreſſa in legato repetiſa uidetur in fideicommiſſo ex interuallo: multò magis in quæſtione noſtra qualitas precij ſemel expreſſa, uidebitur in pacto, quod eſt incontinenti appoſitum, repetita. c. cum in cunctis. in prin. extra de electio. c. quemadmodum. poſt prin. uerſ. Nam ſi poſt contractum. extra de iureiurando. & d. auth. Multò magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Quòd autem maior multo ſit ratio firmiuſq; robur in his, quæ fiunt incontinenti, quàm in his, quæ aguntur ex interuallo, nuſquàm non paſsim traditur. L. Quod ait lex. §. ultimo. ff. de adulter. L. Iuris

gentium.

gentium. §. quinimò. ff. de pact. L. Continuus. in prin. ff. de uerb. obligat. L. Lecta. §. dicebam. ff. ſi cert. pet. L. Hæredes palàm. §. uno contextu. ff. de teſtam.

† Tertiò abſurditas atqꝫ captio cùm in omni mortalium actione, tùm 118. præſertim in bonæ fidei conuentione eſt uitanda prorſus. L. Nam abſurdum. ff. de bon. libert. L. 1. §. Vndè quæritur. ff. de publican. L. Scire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. Sed promiſſam eiuſcemodi retrouenditionem, ſi pro iuſto precio, quo tunc temporis æſtimabitur fundus, tacitè factam intelligeremus, accidere facillimè poſſet, ut lucrum emptor cum uenditoris captione & iactura iniquè faceret: meritò ea interpretatio iuſtius relinquenda uidetur: noſtra autem, quæ tali uitio caret, opinio tenenda.

Minor ſic euidenti exemplo poteſt ſignificantius oſtendi. Pone, quòd tibi uendiderim fundum, qui communi æſtimatione ualebat. 30. pro 20. tantùm cũ pacto tamen de retrouendendo (legis etenim quoqꝫ eſt ea præſumptio, uti res uilius diſtracta credatur, propter onus retrouendendi aut locãdi annexum. d. L. Fundi partem. & d. L. Si ſterilis. ff. de act. empt.) quandocunqꝫ, aut intra conſtitutum aliquod tempus: certè ſi poſteà fundus tempore retrouenditionis precio auctus eſſet, aut etiam priſtinum retineret ualorem, quia. 30. ut prius, communiter æſtimaretur, & iuſto ac communi precio. 30. mihi redemptiò fieri deberet: duorum alterum non leuius altero ſubirem neceſſariò damnum: uel deterritus precij magnitudine fundum non redimerem: ſicqꝫ perderem illa. 10. quibus initio fundum nimis uendidi, uel ultra. 20. quæ ſola ipſe à te prius accepi, decem nunc numerare deberem, ſi fundum redimere cordi foret. Quod etiam abſurdum, minimeqꝫ ferendum, Imperator inquit: Ego namqꝫ tali conuentione de retrouendendo fractus res meas in te minoris alienaſſem, iam uerò ex incerta & uaga interpretatione captionem incurrerem. L. fin. ad fin. infra eod. Præſertim uerò ea pactio quum ſit in uenditoris fauorem contractui adiecta, non debet aduerſus eum reflecti. L. Ea lege. in prin. ubi gloſſ. in uerb. pro locatore, & Bart. per illum textum. ff. locati.

Neqꝫ dixeris, eandem propemodum poſſe mihi contingere captionem, ſi eodem, quo tibi uendidi, precio retrouenditionem tacite cenſeri promiſſam fateremur. Velut quoniã fieri æquè poſſit, ut fundus retrouenditionis tempore non tanti aut pluris, ſed quandoqꝫ minoris ualeat, quàm anteà, quum tibi illum uenderem. Reſpondeo nullam iſto caſu uenditori imminere captionem, nullam indè effluere abſurditatem: itaqꝫ nec ob id noſtrã fluctuare argumentationem. Aut enim nunc minoris æſtimatur fundus retrouenditionis tempore ob dolum uel culpam emptoris, qui in eo colendo ſolertẽ ſeſe minimè præbuit: & poterit uenditor fundum redimens, tantum ab emptore conſequi, quantum Iudicis religioni & bonum & æquum fuerit uiſum. §. In bonæ fidei iudicijs. Inſti. de action. Et inferius cõmodiore loco aliam nacti occaſionem de hoc latius diſſeremus. Aut minoris iam ualet fundus ex euentu conditionis temporum: & nihil tùm habet, quod conqueri poſſit. Aut ſi mauult redimere, quàm emptori relinquere, ſibi imputet uenditor, quum nulla captio uolenti, nulla irrogetur iniuria conſentienti. c. ſcienti. de regul. iur. lib. 6. L. 1. §. uſqꝫ adeò. ff. de iniurijs.

L. Qui autem. §. præterea. ff. de his quæ in Fraud. creditorum. L. Nemo fraudare. ff. de reg. iur.

Quartò mouet me: quoniam pactum iſtud de retrouendendo eſt, & habetur pars quædã precij uenditæ rei. d. L. Si ſterilis. §. ſi tibi fundum. cum ſimilib. Vndè cum precium ſit ſubſtantia emptionis & uenditionis. L. Pacta conuenta. §. an idẽ. ff. de contrah. empt. ſi dico in terminis ſubiectæ quæſtionis, uendo hunc tibi fundum uiginti: oratio mei ſermonis adhuc eſt imperfecta atq; inefficax: quia deeſt pactum de retrouendendo, hoc eſt, integrum precium, quod eſt ſubſtantia uoluntatis meæ, orationis, & contractus arg. L. Si is qui teſtamentum faceret. ff. de teſtam. Ideoq; non prius erit perfecta oratio, utpotè orationis deficiente ſubſtantia, quàm addidero partem precij reliquam, id eſt, pactum retrouendendi. Quo facto orationis meæ uerba uno uocis, ut ita dixerim, ſpiritu quaſi continebuntur, ſic nempè, hunc fundum cum pacto retrouendendi &c. uendo tibi pro uiginti.

119. † Si itaq; pactum de retrouendendo continetur in una eademq; oratione uenditionis: conſequens eſt neceſſarium, quòd expræſſa qualitas certi precij in uenditione, repetita dicatur in pacto de retrouendendo: neq; minus illi, ac principali uẽditioni, cõueniat. L. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. inſtruct. ubi Bart. quem nemo non ſequitur, in fortioribus terminis ait per illum textum, quando duo copulantur in eadem oratione, qualitas uni adiecta, creditur in altero repetita, etiam ſi qualitas ſubintellecta per repetionem non ſit eadem numero cum illà qualitate, quæ fuit expreſſa, ſed ſit eadem tantùm genere. Exemplum habes apud Bart. & in textu. Verùm ait Bart. ſi qualitas una eademq; eſſet genere & numero, quæ uniformiter reſpicere poſſet utrumq; in una oratione copulatum: utiq; huiuſmodi qualitas adiecta uni, multò magis intelligenda foret repetita in altero. Iſtud ipſum tradit Bart. in. L. Si ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. num. 4. ff. de uerb. oblig. Sic ergò in caſu noſtro quum illa qualitas uiginti aureorum precij expreſſè in uenditione ſit eadem genere & numero cum ea, quæ repetitur in pacto de retrouendendo, uniformiterq; reſpiciat uenditionem & retrouenditionem, multò magis repetitam cenſeri, ipſe fatebor.

120. † Quintò hanc pro opinione noſtra litem penè in terminis ſuſtuliſſe dudum uideri potuit Paulus in. L. Qui fundum. la. 1. in princ. uerſ. Reſpondi intereſſe quemadmodum lex &c. ff. de contrahen. empt. Fundum uendidi, inquit ille, & cum emptore pactum pepigi, ut in diebus. 30. proximis fundum metiatur, & mihi renunciet, quanti modus agri minor ſit, reddituro precium ſcilicet pro modo agri minore. Si renunciet emptor poſt diem trigeſimum, quot ſit iugerum ager, nihil id ei planè eſt profuturum. Sed ſi in triginta illis diebus renunciaſſet, minorem agri modum eſſe: poterit poſteà quandocunq; precium pro modo minori agri repetere. En ibi in contractu uenditionis expreſſum fuit tempus. 30. dierum pro metiendo agrum, pro renunciando autem menſuram agri nullum penitus erat tempus expreſſum: & tamen Paulus ait, ſi poſt diem trigeſimum renunciauerit agri modum emptor, nihil ſibi huiuſmodi renunciationem uſui futuram. Igitur tempus illud. 30. dierum, quod erat,

utſic

ut ſic meritò dixerim, ſubſtantia menſuræ agri (poſt enim illos. 30. dies admetiri agrum iuxta conuentionis legem non poterat emptor) non expreſſum uerè in renunciatione poſt menſuram facienda, nihilominus repetitum in ea quoq; renunciatione atq; expreſſum intelligitur: aliàs iure ſuo non caderet emptor, ſi poſt. 30. dies renunciaſſet. Ita in propoſito dicamus: precium uiginti aureorum, quod eſt primæ uenditionis ſubſtantia, expreſſum in ea duntaxat uenditione, repetitum nihilominus uideri in promiſsione retrouendendi, quæ ilicò ſit à contrahentibus ſubiecta. Quanquàm uerò gloſſator inibi in d. L. Qui fundum. in uerb. triginta proximis, putet eam Iuriſconſulti diſtinctionem difficilem, negetq; repetitionem temporis expreſsi in metiendo, fieri in renunciando: attamen id, manifeſtus eſt gloſſatoris error. Introſpice tu uerba textus & mentem ſimul Paul. cum mea hac explicatione accuratius expende: nihil ſanè difficilè illic, & omnia indubitata planaq; comperies. Quapropter alibi gloſſa in. §. capite tertio. in uerb. prima parte. Inſti. de lege Aqui. errorem ſuum latenter accuſans, melius citra controuerſiam eſt locuta, dum inquit: quod eſt expreſſum in præfatione contractus, haberi pro repetito in ipſo contractu: atq; adeò inter cætera, quæ allegat ad hoc iura, citat prædictam. L. Qui fundum. ff. de contrahen. empt.

Sextò adduco doctrinam Bart. in. L. Si ſtichum. §. legata. ff. de nouat. Debebas mihi. 100. in diem, ante diei aduentum nouaui eam tecum obligationem, nulla diei habita mentione: reſpondet Bart. ſi dictum fuit ſimpliciter in nouatione, quod ex prima mihi debes obligatione, promittis? et reſpondeas, promitto: quoniam nulla fuerit in ea nouatione expreſſa quantitas, nullaq; expreſſa dies: intelligi in dubio diem prioris obligationis repetitum in nouatione. Quamobrem in propoſito haud aliter uidetur dicendum: quinimò multò certè magis idem eſt iudicandum. † Namq; 121.
ſicut dies ſolutionis obligationi additus, pars eſt ipſius obligationis. L. 1. §. æditiones. uerſ. Nam dies. ff. de ædend. §. Plus autem. Inſti. de action. cum ſimilibus. Repetituſq; exiſtimatur in noua promiſsione etiam ex interuallo facta: ita & precium, quod eſt maxima uenditionis pars, atq; ſubſtantia in promiſsione de retrouẽdendo incontinenti facta, in codemq; orationis ſpiritu & contractu uenditionis, ut diximus, compræhenſa, multò fortius repetitum meritò arbitrabimur.

Septimò cogitabam, rationem illius mediocris precij in ſolis 20. conſtituti non aliam, quàm pactum hoc de retrouendendo fuiſſe. d. L. fin. infra tit. noſtro. d. L. Si ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de act. empt. † Enimuero 122.
uerò qualitates & uerba diſpoſitionis, repetita cenſentur omnia in ratione ipſius diſpoſitionis ſecundum Bartholomeum Socinum in conſ. ſuo, quod eſt conſilij Curtij interpoſitum, in ordine autem. 40. Incipiens, Cum in præſentiarum. col. 8. uerſ. Quod etiam patet. & col. 9. in fine. uerſ. Accedat nam teſtator &c. ubi ad hoc allegat notata per Bart. in. L. Prætor. la. 2. §. Eritq; differentia. in princip. ff. de ui bono. rapto. Ideircò in pacto retrouendendi precium illud uenditionis repetitum rectè putabis.

Vel ſi

Vel ſi nobis à legibus ad contractus exempla ducere licet: ſicuti leges &
pacta haud quaquàm inuicē diſsimilia ſunt. L. Non impoſsibile. ff. de pact.
eſt bona gloſſ. in Rub. C. de decurion. lib. 10. Expreſſum uticꝙ ſemel pre-
cium in uenditionis contractu, repetitum in pacto retrouendendi erit. Ete-
nim primo legis Aquiliæ capite cauetur, ut qui ſeruum alienum iniuria oc-
ciderit, quanti is eo anno plurimi fuerit, tanti domino damnetur. L. 2. in
prin. ff. ad. L. Aquil. Inſti. cod. in prin. Cæterum capite tertio eiuſdem le-
gis, ſi quis alterius ſeruum uulnerauerit, quanti ſeruus ille in diebus. 30. pro-
ximè præteritis fuerit, tanti erit condemnandus. Non autem additum
erat in hoc tertio capite uerbum illud, plurimi, quemadmodum in primo:
ueruntamen Sabino placuit, repetitum æquè uerbum, plurimi, in tertio ſe-
quenti capite haberi. L. Quemadmodum. in fin. ff. ad. L. Aquil. §. ex hoc
tamen. Inſti. eodem. Quamobrem facilius in propoſita cōtrouerſia repetitū
idem precium in pacto retrouendendi, quod non erat ſeparatum, ſed in ea-
dem uenditionis oratione & contractu fuit compræhenſum, uideri quiuis
dixerit. ulteriora tradam.

Quæro iam, emptor, qui promiſit retrouendere, intereà temporis dum
fundum poſsideret, ſumptibus ac melioramentis fundum ipſum reddidit au-
ctiorem, pretioſioremue: num eidem melioramenta & ſumptus uenditor
123. fundum redimens reſtituere teneatur? † Quippè certum eſt redimere uo-
lentem fundum ad illos ſumptus reſtituendos (obiecta ei per poſſeſſorem
doli mali exceptione) teneri, quos uel neceſſario uel utiliter in fundo fa-
ctos conſtat. L. Domos hæreditarias. ff. de legat. 1. L. Intra utile. §. uen-
dentibus. ff. de minorib. L. Colonus. in prin. ff. locati. Habes bonā gloſ.
in. L. In fundo. in gloſſ. magna, in uerb. deducto. ff. de rei uend. c. 1. §.
ſi Vaſallus, ubi gloſſ. in uerb. ſoluit. & doctores in tit. hic finitur lex &c. in
uſibus feud. Ita propriè reſpondit Bal. in conſ. ſuo 167. Incipiente. Titius
uendidit fundum Sempronio. lib. 1.

Necꝙ dixeris, utiles ſumptus, aut neceſſarios cum perceptis fructibus com-
124. putandos, iuxta. L. Sumptus. L. Emptor. in prin. ff. de rei uend. † Etenim
illi compenſationi eſt ita demum locus, ſi fundus tempore lectorum fru-
ctuum erat alienus, non poſſeſſoris. Secus uerò quandò poſſeſſor pro do-
mino fundi habetur, legiſcꝙ diſpoſitione decerptos fructus ſuos facit, ut hic
in lege noſtra, & quæſtione mota. Fructus tùm lucratur, & ſumptus huiuſ-
modi factos per exceptionem, uti diximus, nihilominus ſeorſim conſequi-
tur. Ita declarat Alexander poſt alios communiter in d. L. Domos hære-
ditarias. col. 2. uerſ. Quando fit expenſa in re ſubiecta &c. nec non & num.
2. uerſ. Et hoc eſt bene notandum. ff. de legat. 1.

125. Eſt ueruntamen, quod accuratè ſubnotes: Sumptus factos in fundo
non, niſi ſecundū tempus, quo fundus redimitur & exceptio propter ſum-
ptus opponitur, eſſe æſtimandos. Tempus enim factæ impenſæ præteritū
nō oportet in ea re inſpici. d. L. Domos hæreditarias. ibi, ædificiorū qua-
litatibus extantibus æſtimatis &c. Quo etiā loco idipſum Bart. atcꝙ Alex.
cum cæteris per illum text. tradunt. facit textus in. L. Ex damni. in prin. ff.
de damno. infect. iunctis notatis per Bart. in. L. cum emptor. §. fin. eod.
tit. Quod quia uſu ſæpiſsimè uenit, memorabile ideò eſt, obliuionicꝙ mi-
nime tradendum. Inde ni-

† Indè nimirum raciocinari licet, dominum meum Goziadinum affatim 126.
lapſum: ubi uoluit in tractata quæſtione, ſi emptor quinquaginta dunta-
xat in fundo inſumpſit, ſed fundum meliorem reddidit in centum, ſola
quinquaginta per doli exceptionem poſſe ſeruare, plura non poſſe. d. L.
In fundo, uerſ. & ſi plus precio, cum glo. ibi. ff. de rei uend. Reſpondeas
tu Celſum eo loci uerba facere de illo, qui bona fide ductus in alieno præ-
dio imprudens fecerat ſumptus: qui & alios fructus, ſi quos percepit, cum
impendijs compenſare cogitur. d. L. Sumptus. L. emptor. eod. tit. At
nos diuerſam nunc agimus cauſam, quando ſcilicet emptor, qui erat fun-
di dominus, & decerptos fructus, uelut è re propria, habebat præcipuos,
impenſas ante reſtitutionis diem utiles uel neceſſarias in fundo ceu proprio
fecit: tunc non præteritum, ſed præſens tempus eſt conſiderandum, uti
Alex. cum reliquis in. d. L. Domos hæreditarias, oppidò appoſitè inſinuat.

His proximum erit de incremento fundi, quod alluuione contingit, ali-
qua dicere. † Vendidi tibi fundum cum pacto retrouendendi, interea 127.
dum tu eum poſſides, per alluuionem augetur: quæro num incrementum
illud commodo meo cedat, ut id quoque cum fundo pro eodem nihilomi-
nus fundi precio reſtituere mihi cogaris? Procliues ſunt erga me uendito-
rem, qui fundum iam redimo, Taurinenſes hic, ac proindè meo alluuio-
nem cedere commodo cenſent: idque per textum. in. L. Item ſi fundi. §.
huic uicinus. ff. de uſufruct. quo loco Celſus ſcribit, acceſſionem alluuio-
nis reſpectu uſusfructus ad fructuarium fundi pertinere. Sic itaque augu-
rantur illi, quòd ea alluuionis acceſſio latens, quum ad proprietatem fun-
di pertineat, & inde propterea fructuario uſusfructus illius debeatur, non
abſimili itentidem ratione poſſe defendi, acceſſionem eiuſmodi mihi to-
tum fundum repoſcenti ſine onere ſoluendi alicuius pro ea precij debi-
tam iri.

Sed Neratius, Vlpianuſque contradicunt in. L. Iulianus. §. ſi Titius.
uerſ. ſi uerò ignorans &c. ff. de actio. empt. ubi ad eum, qui uendidit
fundum, nec dum tamen emptori tradidit, alluuionis ſpectare augmen-
tum legitur.

† Qua de re ſic tecum deliberatius planè ſtatues. Quando uendidi fun- 128.
dum tibi uniuerſaliter & indiſcretè ſuis ſolummodo, intra quos clauditur,
finibus demonſtratum aureis utputa mille, addito retrouendendi pacto:
quicquid, te poſſeſſore, alluuionis iure acceſſerit fundo, id ſanè mihi fun-
dum olim pro precio anteà conuento ac numerato redimenti totum lucro
abſque onere ullo cedit. §. cum autem emptio. uerſ. ſed & ſi poſt. Inſt. de
empt. & uend. facit à contrario tex. in. L. 2. uerſ. Cum autem uniuer-
ſum. & ibi gloſſ. ultima, ac Doctores. C. de periculo & cōmod. rei uend.

Cæterùm ſi uendidero tibi fundum diſcretè, puta ſic: uendo tibi illum
fundum Sempronianum centum iugerum, eius ſingula iugera aureis decem
cum pacto retrouendendi &c. tunc alluuionis incrementum erit tuum: ſi-
quidem iugera eadem centum illius prædij à me tibi uenditi promiſeris re-
trouendere. Ergò nihil præterea retrouendere mihi cogeris: ſicque alluuio-
nis emolumentum illud tu ſolus feres. d. L. Iulian. §. ſi Titius uerſ. ſi ue-
ro ignorans, ubi etiam Bart. & reliqui ita declarant. ff. de act. empt.

H At uerò

129. † At uerò Inſulam eo, quo tu poſsides, tempore proximè fundum in flu= mine natam ad te emptorem pertinere, atq; in reſtitutionem fundi non uenire, Taurinenſes putarunt. Aiunt illi, eſſe augmentum apparens Inſu= lam, cuius alioqui uſusfructus ad fructuarium fundi non ſpectet. d. L. Item ſi fundi. §. ſed ſi Inſula. ff. de uſufruc. Ideoq; nec in retrouenditione com= præhendetur.

Erraſſe mihi uidentur Taurinenſes, qui ab uſufructu ad proprietatem ar= gumenta malè ducunt: utpotè ratiocinantes à re temporali ad perpetuam, à re incorporali ad corporalem. L. Si uſusfructus municipibus. ff. de uſuſ= fruc. leg. L. 1. L. 2. ff. de uſufruc. Inſt. eod. in princ. & in. §. finitur. Itaq; à diuerſis non uſq; adeò dextrè illationem per illos fieri conſtat. L. Papinia= nus exuli. in princ. ff. de minor.

130. † Enimuerò crediderim ego potius, quoniam diſputatio noſtra de toto fundo eſt, ac eius proprietate potiſsimum, iuxta. L. Recte dicimus. ff. de uerb. ſignif. non eſſe tantam uſusfructus fundi, quantam exigunt Tauri= nenſes, rationem habendam. Quare quum Inſula proxima fundo proprie= tati fundi accedat. d. L. Item ſi fundi. §. ſed ſi Inſula. ff. de uſufruct. L. Inter eos. L. Ergò. ff. de acquir. rer. dom. ſimiliaq; ſint (proprietatem fundi ſi reſpexeris) alluuionis incrementum latens & augmentum, quod fundo adijcitur euidenter. L. Quod in rerum natura. §. ſi quis poſt. ibi, & ſimi= lis eſt cauſa alluuionis &c. ff. de leg. 1. non inſulſè reor in caſu propoſito eandem pro Inſula nata atq; pro alluuione facta relatam nuper adhiberi di= ſtinctionem.

Fœtus autem pecorum & iumentorum, quæ diſtraxi cum pacto retro= uendendi, mihi cum pecoribus & iumentis non eſſe reſtituendos, ſed emp= torem eos optimo iure lucrari, Taurinenſes ſcribunt. In fructu ſiquidem ſunt iſthuſmodi fœtus. L. In pecudum. in prin. ff. de uſur. L. Plærunq;. §. ſi ſerui. ff. de iur. doti. Igitur illos medio tempore contingentes emptori lex concedit ut hic. Dubitatio ueruntamen incidit, ne an ancillarum partus ſint cum ſeruabus & mancipijs in retrouenditione prædicta reſtituendi? Dicitur enim in. d. L. Plærunq;. §. ſi ſerui. quod ubi dotales ſerui ſobo= lem ædiderunt, mariti lucrum id non eſſe: ſecus in pecorum fœtu. Sed ni= hilominus putant ipſi & ancillarum partus lucrifacere emptorem: ac ob id eos uenditori reſtituere non cogendum, quoniam huiuſmodi mancipia periculo ipſius emptoris fuerunt arg. L. ſi mancipia. cum gloſſ. ibi. ff. de iur. dot.

Ego uerò omiſſa in utriſq; propoſitis dubijs Taurinenſium doctrina, quæ infirma eſt & uacillat, crediderim rem totam commodiore alia certio= 131. reue methodo ſic poſſe tradi. † Aut uendidi tibi ſub collectiuo nomine uniuerſitatis animalia quædam, uno pro omnibus generaliter precio con= ſtituto: puta gregem ouium, ſeu armentum, aut equitium cum pacto re= trouendendi. Aut cum eodem pacto uendidi tibi detracto uniuerſitatis nomine, ſingula quorundam animalium capita, in ſingula corpora certo conſtituto precio. Primo caſu lucraris tu quidem emptor omnes equitij uel gregis natos fœtus: ſiquidem hi in fructu ſint. §. in pecudum. Inſt. de rer. diuiſ. d. L. In pecudum. ff. de uſur. meritò tui ſunt, ut lege hac no=

ſtra. Cæterùm in locum demortuorum capitum ſeu inutilium, fructuarij maritiq; exemplo, noua eiuſdem generis ſummittere animalia, gregemq; conſeruare emptorem tunc debere exiſtimo. L. Vetus quæſtio. §. plane, cum. L. Sequenti. ff. de uſufruct. d. L. Plerunq;. ff. de iur. doti. Nam quum fructuarium uti accuratum patremfamil. in re, cuius uſumfructum capit, bona fide uerſari oporteat. L. Sed cum fructuarius debeat. ff. de uſufruct. Ita quoq; emptorem, qui retrouendere promiſit, haud aliter ac bona fides patitur, decere, conſentaneum eſt. L. Bona fides. ff. de act. empt. §. In bonæ fidei. Inſt. de action. Prædictis bene congruit textus in. L. Quæſitum. §. item nonnullis. ff. de fund. inſtr. L. Item ſi fundi. §. ſeminarios. L. Agri. ff. de uſufruc. Altero caſu, quando uendidi corpora ſingula animalium: emptor identidem æditos peccorum fœtus lucrabitur, L. poſt perfectam. C. de act. empt. neq; noua ueteribus ſubſtituet capita, argumento. L. Quid ergo. §. ſed quod dicitur. ff. de uſufruc. Porrò quia ſingula animalium capita in uenditione & retrouendendi promiſſione ſpeciatim ſunt demonſtrata, ab illis poſteà retrouendendo recedere, non eſt neceſſe. L. Si quis in fundi uocabulo. in prin. cum gloſſ. in uerb. nominauerit. ff. de leg. 1. L. Certum. ff. ſi cert. petat.

Sin autem de ancillarum partu quæſieris: diſtinguendum ſimili modo rurſus opinor. † Aut uendidi cum pacto retrouendendi ancillas, ſiue mancipia ſub nomine uniuerſitatis, ueluti chorum aut familiam ſeruorum iuxta. L. Si chorus. in prin. ff. de leg. 3. L. Pronunciatio. §. ſeruientiū quoq;. ff. de uerb. ſignif. Aut ancillas ſeu mancipia quædam ſingulariter numerata cum eodem pacto diſtraxi. Primo caſu omnes ancillarum partus natos ante retrouenditionem, quoniam ſub eo uniuerſitatis nomine chori aut familiæ ipſo iure comprænhenduntur, neq; in fructu referuntur, mihi pro eodem, quo uniuerſitatem illam anteà uendidi, precio reſtituendos dixerim. † Vniuerſitas etenim ſicuti natura ſui recipit diminutionem in ſpeciebus ſub ſe contentis, quin & omnimodam prorſus immutationem: ita uiciſsim & incrementum in ijſdem ſpeciebus complectitur, retento nihilominus eodem ſuo priore nomine. L. Proponebatur. ff. de iudic. L. Sicut municipij. §. in decurionib. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. Indico ad propoſitum optima iura in. L. Peculium legatum. in princ. ff. de legat. 2. L. Equis. §. equitio. ff. de uſur. & in. L. Deniq;. §. ultimo. uerſ. utrum autem. ff. de pecul. legat. 132. 133.

Secundo caſu, quum uendidi ſingula mancipiorum corpora: ancillarum partus uenditori haud eſſe reſtituendos authumo. Emptori nanq;, qui proprietatis mancipiorum intereà dominus fuit, ſicuti in lege hac noſtra eſt uidere, ancillarum eiuſcemodi partus occupat proprio dominij iure. L. Et ſeruorum. §. iure gentium. ff. de ſtat. hominum. §. In pecudum. ibi, ad dominum proprietatis pertinet &c. Inſt. de rer. diuiſ. L. In pecudum. uerſ. partus. L. Partum. ff. de uſur. uel etiam, quia ancillarum capita cùm in uenditione tùm in retrouendendi conuentione ſingulatim fuerunt nominata: eadem ſolùm poſtmodum, ubi retrouenditio peragitur, abſq; ullo partu erunt reſtituenda. Quippe tùm certa ſunt mancipiorum corpora, quæ per legem uenditionis reſtitutioni fuerunt addicta. Igi-

tur illis ſolis penitus non inhærere, religio foret; uti pridem anteà fœtuum pecorum faciens mentionem ſcripſi, per. d. L. Certum. ff. ſi cert. pet. & d. L. Si quis in fundi uocabulo. in prin. ff. de legat. 1.

Ex ordine uerborum textus noſtri quæſtio (uſitata ne, an difficilis magis non facile dixerim) quæ nec per omnia diſtat à præcedentibus, tractanda occurrit.

134. † Vendidi fundum tibi cum pacto retrouendendi intra certum tempus, nunc autem offero precium retrouenditionemq; peto, dum flauent ſata, fructus in agro ſunt pendentes, antequàm ſeges ſit demeſſa, & uindemia facta: num ergo plenum frugibus fundum te mihi reſtituere confeſtim oportet? Inclinant uerba noſtræ legis in partem hanc, ut refertum ac uberem agrum ſine mora cogaris reſtituere, alioquin ad fructus illos omnes poſt moram lectos mihi teneberis.

Verùm Bart. in. L. Qui Romæ. in fine principij. ff. de uerb. oblig. aliud docuiſſe uidetur. Inquit enim, ſi creditorem ex pacto fructus prædij oppignerati uſurarum nomine eſt percepturus, iuxta. L. Vſuræ uicem. ff. de uſur. & debitor ſolutionem ante decerptos fructus pendentes offerret: diuiſionem illorum fructuum ſecundum normam cùm à Papiniano, tùm ab Vlpiano dotalibus præſcriptã prædijs eſſe faciendam. L. Diuortio. in princ. in. L. De diuiſione. ff. ſol. mar. L. Vnica. §. ſed & nouiſſimi anni, ubi gloſſ. in uerb. temporis. C. de rei uxo. act. Vnde Raphaël Cumanus in præallegata. L. Qui Romæ. aiebat iſtud dictum Bart. pro uenditionibus, quæ cum pacto retrouendendi non rarò fiunt, apprimè notatu dignum: ad huncq; certè modum legem noſtram eſſe limitandam. Idem Cuman. in. d. L. Diuortio. tametſi nihil inibi indubitatè ſtatuat, periniquum tamen eſſe adfirmat, ſi uenditori permitteretur, utut uellet, preciũ quocunq; tempore emptori offerre, & fundum fructibus plenum aufferre. Repetit hoc ipſum in. L. fin. ff. de iur. fiſci. dicens, bonæ fidei æquitati congruere, in caſu noſtro fructus, qui ſunt colligendi, pro temporis illius anni ratione inter emptorem & uenditorem diuidi. Bartholomeus Socinus quoq; in allegata. L. Qui Romæ. in princ. Pro hac diuiſione fructuũ ſic facienda citat Bart. in. d. L. Diuortio. ubi in huiuſmodi fructibus diuidendis uult differentiam eſſe inter dotem & uenditionem, per d. L. Diuortio. &. L. Iulianus. §. ſi fructibus. in princ. ff. de act. empt. Quoniam ſit uenditio ex uoluntate, at uerò dos reſtituitur ex neceſſitate. Sic itaq; monet latenter Bart. eandem partitionem fructuum in uenditione, quæ fieret neceſſariò, adhibendam, quæ in dotis reſtitutione eſt facienda. Quare cùm retrouenditio ex neceſſitate præcedentis pacti agatur, haud ſecus de fructibus retrouendendi agri, ac de fructibus dotalis predij reſtituendi inire nobis rationem utiq; licebit. Et hanc partem, utpotè æquiorem tutioremue ſequitur Iaſo. in d. L. Qui Romæ. Sequuntur hic Moderni Bononienſes, Taurinenſesq; poſtremò. Ad hunc proindè modum inter emptorem & uenditorem fructus in agro maturi partiendi eſſent. Pone quòd tibi uendiderim fundũ Calendis Octobris cum pacto illo retrouẽdẽdi: poſt decenniũ autẽ offero tibi preciũ calendis Iunij, fundumq; repeto:

tunc

tunc principium huius ultimi anni debet ſimili modo à calendis Octo-bris accipi. Illo ergò anno, quo fundum mihi reſtitui peto, octo menſes tu poſſediſti fundum, per conſequens beſſem fructuum tu, ego uerò trientem feram. Anteaquàm tamen huiuſmodi fructuum diuiſio fiat, omnes ſumptus gratia culturæ & fructuum factos tibi præcapies. L. Fructus. in prin. ff. ſol. mat. d. L. Diuortio. & dicta. L. De diuiſione, eodem titulo.

Sed Alexander in d. L. Qui Romæ. in prin. licet in Raphaëlis Cumani opinione æquitatis ſpeciem quandam conſpici poſſe exiſtimet, attamen illi apertè diſſentit. Hæc etenim, ille inquit, Cumani opinio abijcienda eſt propter textum in. L. 2. C. de pact. inter empt. & uend. Veruntamē Taurinenſes hoc loco replicant aduerſus Alexandrū non ſtatui in lege præſenti, quòd omnes fructus poſt precij oblationem pertineant ad uenditorem. Porrò legis uerba alium intuenti repræſentant ſenſum, dum ſic legitur ſub finem eius: habita ratione fructuum poſt precij oblationem ex eo fundo perceptorum &c. Noſtri igitur textus uerba inſtitutam illam de fructibus à Papiniano diuiſionem in memorata. L. Diuortio. nullo pacto reijciunt: quia debebit talis ratio in fructibus hic adhiberi, qualis illic à Papiniano docetur. At replicari contra Taurinenſes poteſt, legem noſtram ſecundum Papiniani præſcriptum, eadem ratione utrobiq; non ſubſiſtente, minus rectè intelligi, uti paulo inferius latè oſtendam.

Subinde Alexander contra Cumanum adduxit gloſſam in. c. illo uos. in uerb. percepti. extra de pignor. & alteram, in. c. conqueſtus. in uerbo. de feudo. poſt medium. extra de uſur. Quibus in locis gloſſatores tradunt, &, ut dixi, probatur in lege iſta emptorem, qui ex pacto tenetur retrouendere, lucrari fructus omnes ante oblatum precium, ſicq; ante moram ab ipſo commiſſam, perceptos: poſt oblatum uerò precium, ſi moram emptor in retrouenditione fecerit, fructus quoſcunq; fundi uenditoris redimentis commodum fore.

Præterea ſi diuiſionem illam Papiniani hoc loco obſeruaremus, ait Alexander, profectò emptor fructus ante moram quoq; perceptos non faceret omnes ſuos: quoniam exemplo dotalis prædij fructus etiam lectos ante moram pro ratione anni & temporis, quo fundus reſtituitur, emptor cum uenditore diuideret. d. L. Diuortio. in prin. §. Interdum. & in. L. Fructus. Sol. mat. Hanc ueruntamen conſiderationem Alexandri Bartholomeus Socinus in d. L. Qui Romæ. expugnare ſedulò contendit, inquiens, concludere argumentationem Alexandri, ſi loqueremur de fructibus ante moram ab emptore perceptis: quia tunc omnes non lucraretur, ſi ad diuiſionem fructuum prædij dotalis quæſtionem iſtam referemus: id quod falſum eſt, uti hac lege cauetur, cum ſimilibus. At noſtra eſt diſputatio ſolùm de fructibus fundi pendentibus, necdum collectis, in quibus diuiſionem eſſe faciendam, ſuadet æquitas. † Cum ea Socini arguta diſtinctione licet Iaſ. ibidem, & Goziadinus hic cum Taurinēſibus in ſen- 135.

tentiam Cumani pertranſeant : nihilominus tamen rem totam ſi accuratius expenderis, Alexandri obiecta adhuc ſtare cognoſces. Conſiderandum eſt, inquam, quòd illius diuiſionis fructuum, de qua in d. L. Diuortio. cum ſimilibus. una eademq; ſemper eſt ratio, ſiue de iam perceptis fructibus, ſiue de pendentibus nõ perceptis quæramus, nempè onus matrimonij, quod ſuſtinet maritus. L. Pro oneribus. C. de iur. dot. Enimuerò ea ratio prorſus deficit in caſu noſtro, etiam quando fructus ſunt pendentes. Ergò diſpoſitio illa Papiniani huc, ubi ratio illa exolet, trahi nequit. L. Quod dictum eſt. ff. de pect. c. cum ceſſante. extra de appell. Sed pendentes fructus oblationis precij tempore omnes lucrabitur uenditor per prædicta.

Dein reſpondet Alexander ad doctrinam Bart. in d. L. Qui Romæ. in fin. prin. quòd quum uſuræ debeantur propter ceſſationem debitoris factam in ſolutione ſortis. L. Lecta. uerſ. Sed quum ſortis. ff. ſi cert. pet. Idem iuris eſſe debet in fructibus fundi oppignerati, ubi actum fuit, quòd fructus uſurarum loco cedant creditori, facit textus in. L. Vſuræ uicem. ff. de uſur. In quæſtione autem propoſita fructus fundi capit emptor iure dominij: merito non debet inſpici, quanto is fuerit tempore dominus, uel qua parte anni debeat propter pactum illud retrouendendi deſinere eſſe dominus. L. Herennius. la. 1. ff. de uſur.

Reſtat tunc quoq; obex Socini contra Alexandrum ex Bart. in d. L. Diuortio. paulò ante adductus. Quem tu tamen paruo negotio remouere potes: quandoquidem neceſsitas reſtituendi fundum dotalem non ſit prima cauſa diuiſionis fructuum aut præcipua: ſed onera matrimonij potiſſimum ſunt, quæ pro tempore exiſtentis matrimonij ſuſtinuit maritus. d. L. Pro oneribus. C. de iure doti. Quamobrem exin ſatis apparet, & dictum illud Bart. ſi huc applicueris, nihil habere firmitatis, & Cumani illam prædicatam æquitatem nulla in caſu noſtro ratione niti. † Cæterùm

136. aduerſatur nihilominus Alexandro aſperitas illa & iuris nimius certè rigor, qui in iure noſtro æquitati poſthabetur. L. Si tibi pecuniam. in fin. ff. ſi cert. pet. L. Placuit. C. de iudic. Quocircà proſpiciens in controuerſa diſceptatione tantam difficultatem Iaſ. in d. L. Qui Romæ. ff. de uerb. oblig. non ab re uidetur dixiſſe, hanc eſſe pro amico quæſtionem: ut Iuriſconſultus conſulenti amico, pro alterutra parte poſſit reſponſione ſua gratificari.

Quid itaq; nunc nos dicemus? Ne malos imitemur nautas, qui dùm maris fluctibus & tempeſtate aguntur, animum pauidi cum arte perdunt:

137. pauca poſt alios ab æquitate haud aliena ſubijciemus. † Arbitror ego nullam penitus inter emptorem & uenditorem in themate oblato diuiſionem fructuum faciendam: cæterùm uenditorem, emptore reclamante, non alio menſe, non alio die, non alio deniq; agri ſtatu, quàm quibus ille eidem emptori olim anteà & uendidit & tradidit, fundum redimere poſſe iudicio. Tunc enim ſi eo anni tempore, quo primitùs ille uendidit, extabant fructus in fundo, plenumq; ſic fructibus

agrum

agrum emptori tradidit: utiq; ſanè plenum fructibus identidem & ipſi re-
dimere licebit. Sin uerò lectis fructibus fundum poſteà uendidit, nullo
iure tùm redimere fundum ante decerptos ab emptore fructus poterit. Id
quod ratione conſpicuum facio: & lege ac æquitate uerum eſſe demon-
ſtro.

Quippè uenditor, qui fundum frugibus uacuum initio diſtraxit, uolens
iam ab emptore fructibus plenum recipere, minimè gentium eſt audiendus.
† Quia nemo illud petere debet, cuius contrarium non eſſet alioqui po- 138.
ſtulaturus. L. Pen. C. de ſolut. L. 1. §. ſi quis. in fin. & tot. tit. ff. quod
quiſq; iur. L. Bona fides. ff. de act. empt. Ad hæc, commodiſſimum in-
dico textum pro argumento à ſimili in. L. Item ſi fundi. §. ſeminarios.
ff. de uſufruct. Ibidem ait Celſus, ſeminarios etiam fructus ad fructuarium
pertinere: ita tamen ut illos renouet, ſemperq; in fundo paratos habeat, quò
reſtituat proprietatis domino, ubi deſinet uſusfructus deberi. Conſpicis er-
gò nimirùm, æquitati legum hoc maximè conuenire, ut cum iiſdem qua-
litatibus reſtituatur, cum quibus fuit acceptus ager.

Vel: quod & acrius urget: dico tempus expreſſum in uenditione repe-
titum uideri in retrouenditionis conuentione ſtatim ſubiecta. Ita nanq;
(exempli gratia) narratur in inſtrumento uenditionis: Titius anno tali,
menſe tali, & die tali uendidit pro centum Sempronio cum pacto retro-
uendendi tale predium. † Igitur ea pars anni, nempè menſis & dies uen- 139.
ditionis, repetita cenſetur in promiſſione retrouendendi, argumento. L.
Sicut proponitur. ff. de fideiuſſor. Mutuam pecuniam Sempronio dum
crederes, locum, & per conſequens, diem, ubi ſolueretur, adieciſti, iuxta. L.
Eum qui calendis. §. quoties. ff. de uerb. oblig. Reſpondet inibi Paulus, Si
ego mandator pro Sempronio denum ſimpliciter interceſſero, manda-
tum meum cum iiſdem loco & die acceſſiſſe uideri. Benè facit textus in.
L. Centum Capuæ. ff. de eo quod cert. lo. L. In illa ſtipulatione. la. 1.
ff. de uerb. oblig.

Et dum fiebat in uenditione pactum de retrouendendo, ſi uterq; pa-
ciſcentium fuiſſet interrogatus, num eodem menſe, ac die, & fructibus
ſic pendentibus, uti uendebatur tunc fundus, retrouendi quoq; debe-
ret: uериſimillimum eſt ex prædictis, ambos reſponſuros fuiſſe, quòd ſic,
æqualitatis ſeruandæ gratia, & ne alter cum iactura alterius lucrum iniquè
faceret. Ideòq; talis adſertio habenda eſt pro expreſſa in pacto. L. Tale
pactum. §. pater. & ibi. gloſſa ult. communiter approbata per illum tex-
tum. ff. de pactis. Hinc porrò dignoſcere licet, neq; Raphaëlem Cuma-
num cum ſequioribus ſuis, neq; Alexandrum ſacrarum baſes & lumina le-
gum difficilem hanc quæſtionem optimè explicuiſſe.

† Eſt & aliud quoq;, quod ſubnotes diligenter: legem noſtram ſub fi- 140.
nem eius aliter, atq; à doctoribus hactenus, intelligendam: ut moram
reſtituendi fundi per emptorem oblato à uenditore precio fieri non creda-
tur, niſi ea parte ultimi anni, qua uenditus ager anteà fuit, retrouenditio
petatur.

Neq; obſtat, ſi tu acutè ſic obiiceres: Secundum opinionem meam ita
æquè

æquè fructus prædij dotalis cũ agro eſſe reſtituendos: quoniã anni tempus & dies, quo fuit data dos, intelligendus erit repetitus in promiſsione dotis reſtituendæ. Quod tamẽ eſt falſum. d. L. Diuortio. ff. ſol. matr. Reſpondeo terminos quæſtionis noſtræ longè latéq; diſtare à reſtitutione prædij dotalis, ac ob id de uno ad alterum argumenta elicere eſſe nefas. Hic etenim retrouenditio peragitur ex ſola uenditoris uoluntate, cui prædium redimere libet. Idcircò eius uoluntas non debet emptorem damno indignè afficere. L. Non debet alteri. ff. de reg. Iur. Neq; debet petere, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus, ut pridem dixi. Illic autem diſſoluitur ex neceſsitate matrimonium (per conſequens reſtituitur dotale prædium) uelut naturæ lege, hoc eſt, morte, aut ciuili iure, id eſt, repudij libello, utaputa ex cauſa adulterij, aut ſimilis miſſo. Quocircà quum hic libera uoluntas unius, ibi neceſsitas naturæ aut legis contractum diſſoluat, fundumq; repoſcat, minimè mirum uideri poterit, ſi ab uno ad alterum non pateat argumentandi tranſitus.

141. † Sed iam è contrario tempeſtiuũ erit dicere: quandò emptor obligatus retrouendere ſuſpicatur, quod uelit redimere fundum uenditor antequàm maturuerint fructus, ob idq; immaturos ipſe illos ante oblatum ſibi preciũ decerpſit, non decerpturus aliàs ſcilicet: an eo nomine uenditori obligetur? Exiſtimat Goziadinus & benè, emptorem uenditori teneri. ſicut uidemus in ſimili, qui nũmis colit ſi poſtremo locationis mẽſe acerbos collegerit fructus, ne illos percipiat dominus, ad intereſſe domino teneri. gloſ. eſt in. L. pen. ff. de uſufruct. leg. allegat textum n. L. Et hæc diſtinctio. §. Cùm fundum. ff. locat. Habes alteram non abſimilem gloſ. in. L. Si penden-
142. tes fructus. in prin. in uerb. extantes. ff. de uſufruct. † Moram ſi doloſè faciat hæres in adeunda hæreditate quò minus fructus pendentes uſufructuarius percipiat: de dolo eidem fructuario tenetur. Adducit gloſſator textum in. L. Si uſusfructus legatus. in prin. ubi de hoc eſt bona gloſſa in uerb. præſtabitur. ff. eodem de uſufruct. in. L. Si quis rogatus. uerſ. Sed etſi nondum. ff. de fideicommiſſa. libert.

Quid autem ſi emptor ad certum tempus fundum locauit, quem ex antecedenti pacto retrouendere nunc ante locationis finem cogitur: nunquid
143. Colono fundum redimens uẽditor ſtabit? † Et uenditorem, qui redimit, colono emptoris ſtare oportere Bal. ſcribit in. L. 1. ſub fin. C. de iure fiſci. lib. 10. Alexander in. L. Si filiofamilias. §. ſi uir. nu. 11. ff. ſol. mat. Bartholomeus Socinus in conſilio. 125. lib. 1. Ratio eſt prædictæ concluſionis: quia quum ſit in arbitrio uenditoris fundum redimere, intereà temporis ſi non redimat, eum autem locet emptor, uidetur uoluntate uenditoris & poſsidere & locare. L. Si uir uxoris. ff. de præſcript. uerb. & d. L. Si filiofamilias. §. fin. cum ibi notatis per Alexandrum & alios. ff. ſol. mat. ubi mulier, quæ uiro fundum tradidit, ut illo fruatur, conſentit tunc etiam tacitè, quò eum locet. Sequuntur & hoc poſt Goziadinum Taurinenſes.

144. † Videamus poſtremò, an qui nemus emit cum pacto retrouendendi, poſsit, donec interim poſsidet, arbores radicitus euellere, nemuſq; ad culturam redigere? Eam quæſtionem habes apud Capollam Veronenſem diligenter

genter examinatam in eius tractatu de ſeruit. ruſt. præd. ſub titulo de mon-
tibus: in. 6. quæſtione. Quapropter huc eam tranſcribere, perexiguum o-
pcræprecium fore exiſtimaui.

Verùm quia ab excultis agris ad ſaltus & inuia nemora uentum eſt,
quorſumcunq; iam iter faciamus (ſi modò id feliciter) parum referre cre-
diderim. Inuitat nunc nos locus, proxima memorata quæſtio prouocat, a-
liqua uobis, auditores, ſub finem huiuſcè tractationis de uenatione Germa-
nica profiteri. † Scio equidem, uſu uenire in Germania, ut ſyluarum do- 145.
mini, qui & proprietarij uulgò uocantur, à cædendis arboribus (quò ue-
natio Principibus ac nobilibus illic debita deterior nō fiat) ſæpiſsimè pro-
hibeantur. Id ergo ne an iure ſic fiat, quàm accuratè dignoſcamus. Prius
autem qua ratione facultatem hanc alienos ingrediendi agros, ibidemq; ue-
nandi, Germaniæ Principes ac nobiles ſibi uendicent, quòue iure dominos
in proprijs agris uenari prohibeant, diſpiciamus.

† Dicet aliquis: ius uenandi aucupandiuè etiam in loco alieno, omnibus 146.
gentibus paſsim eſſe commune: idq; ius gentium nuncupari. L. 1. in fin.
L. Quod enim. in prin. ff. de acquir. rer. dom. L. Iniuriarum. §. ſi quis me
prohibeat. uerſ. & ſæpiſsimè. ff. de injur. §. feræ igitur. Inſt. de rer. di-
uiſ. † Veruntamen prohibente domino agri, nemo intrare fundum de- 147.
bebit: alioqui iniuriarum fieret reus. d. L. Iniuriarum. §. fin. ff. de iniurijs.
Periniquum enim foret, nolentibus dominis, agros eorum quenquam in-
gredi. L. Diuus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. d. L. Quod enim. §. planè. ff. de
acquir. rer. dom. & d. §. feræ. L. Per agrum. C. de ſeruit. & aqua. † At 148.
nunc uerò in Germania Principes ac nobiles inuitis etiam agrorum domi-
nis, licentiam habent ingrediendi aliena prædia, illicq; pro arbitrio uenandi.
Et, quod horridius uideri poſſet, prohibent hi agrorum dominos in pro-
prijs uenari agris, quò tantùm ipſis integra uenatio in alieno agro ſit præci-
pua: utq; quod eis licet in alieno, idem illic non liceat proprietatis domino
in ſuo. Quod & ab humanitate alienum primore aſpectu quiſq; iudica-
bit. L. Præſes. C. de ſeruit. & aqua. facit. L. Si quis proprium. ff. de iniu-
rijs. Quæ res quum à iure gentium & legis ciuilis æquitate plurimum re-
cedere uideatur: eius origo tanto curioſius nobis repetenda erit.

† Proficiſcitur hæc, quam prædiximus ingrediendi aliorum agros uenan- 149.
di ſtudio, nec non & agrorum dominos à uenatione prohibendi pote-
ſtas, uel à temporis præſcriptione, uel à ſummi Principis conceſsione. De
præſcriptione in primis loquamur. Pro certiore declaratione ſcire oportet,
quòd ſunt quædam ſeruitutes ſiue iura, quæ aut negatiua, hoc eſt, quæ
conſiſtunt in prohibendo, aut adfirmatiua dicuntur. † Si ſunt negati- 150.
ua: acquiritur quaſi poſſeſsio eorum ex prohibitione alteri facta, ueluti ſi te
uicinum meum, uolentem altius attollere domum tuam prohibeam, pu-
tans ſcilicet id mihi licere, prohibitioniuè non contradicas. Tunc in quaſi
poſſeſsione ſeruitutis, ne altius tollere queas domum tuam, eſſe incipio,
notat gloſſ. magna circà eius princ. in. L. 1. ubi quoq; Bart. ac Bal. &
reliqui. C. de ſeruit. & aqua. Adducitur textus in. L. fin. ff. quemadmo-
dum ſeruit. amitt. eſt alius textus in. L. fin. ff. de itin. actuq; priuat. gloſſ.
in. L. Qui luminibus. ff. de ſeruit. Vrb. præd. habes rurſus optimam gloſ.

in. c. Abbate, S. Syluani. in uerb. Alciatenſem Monachum. & ibi Canoniſ-
151. ſtæ omnes tradunt, ext. de uerb. ſignif. † Huic iuri, ſeu ſeruituti, ſi habet cauſam continuam, præſcribitur decem annis inter præſentes, & uiginti inter abſentes. Sin uerò cauſam non habeat continuam: præſcribitur tanto tempore, cuius initij nulla ſit memoria. L. Hoc iure. S. Ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiu. L. 1. S. fin. ff. de aqua plu. arc. glo. in. L. 2. in uerb. quę ſitu. in prin. & ibi Bart. C. de ſeruit. & aqua. Quo etiam loco & ipſe Bartolus benè declarat, quando ſeruitutes dicantur habere cauſam continuam, aut interpollatam.

152. † Quando ſunt iura adfirmatiua, utputa, quòd mihi liceat ire agere per agrum tuum, aut aquam ducere, & ſimilia. Tunc in huiuſmodi iuribus non acquiritur quaſi poſſeſſio, niſi prius. 30. dies eo iure fuero uſus non ui, non clàm, non precario. L. 1. S. 1. ff. de itin. actuq; priua. Sic docet Bart. in. d. L. 1. num. 2. C. de ſeruit. & aqua. Itaq; poſt inchoatam in his iuribus adfirmatiuis quaſi poſſeſſionem, implebitur, ſicuti diximus in negatiuis, præſcriptio decem aut. 20. annis, ſi cauſam iura hæc habeant continuam: uel ſi cauſam non habeant continuam, tantum deſiderabitur temporis, quantum memoriam hominum excedat. Quod & in præſcriptione ſeruitutis negatiuæ pridem tradidimus.

153. † Terminis hiſce duobus præmiſsis, facile erit diſcernere à Principibus & nobilibus Germaniæ ius uenandi in alienis agris ſiue nemoribus ita ex præſcriptione eſſe acquiſitum, ut ipſi prædiorum domini à uenando in proprijs agris iure poſsint hodie prohiberi. Porrò nobiles quaſi poſſeſsionem ingrediendi agros alienos, uenationis ergò, fuerunt adepti, quum per. 30. dies aliorum agros eius rei gratia non ui, non clam, non precariò initiò intrarunt. Cæterùm quia is ingreſſus in agrum alterius, ſeu illa quaſi poſſeſſio ingrediendi, non habuit cauſam continuam: tanto tempore opus fuit ad acquirendum mediante præſcriptione ius aut ſeruitutem illam, quanto hominis cuiuſq; memoria ſuperetur, per prædicta.

Simili modo nacti ſunt nobiles quaſi poſſeſsionem prohibendi proprios dominos uenari in proprijs agris, quando illis uenationem interdixerunt, & huiuſmodi prohibitioni agrorum domini acquieuerunt. Vndè quoniam iſta quaſi poſſeſsio cauſam æquè, uti præcedens, non continuam habuit, tanto nimirum tempore præſcriptio implenda fuit, cuius principium hominis nullius memoria iam teneat. Quamobrem quum in utraq; nobilium præſcriptione, & quaſi poſſeſsio legitima præceſſerit, & tempus immemorabile conſecutum fuerit, non iniuria eis & agros alienos ingredi, illicq; pro libitu uenari, & dominos ipſius ſoli à uenatione arcere hoc ſæculo licebit.

154. Huc plura poſſum ſimillima adferre exempla. † Nam etſi ea, quæ meræ facultatis ſunt (ſicut eſt uenari, quod omnibus iure gentium eſt liberum: ire ad molendinum modò unius modò alterius molendi gratia, atq; id genus plura) nullo tempore nullaue unquàm præſcriptione amittantur, ut indè aliquandò cuiquàm alteri obligatio acquiratur, uti bene facit ad hoc textus in. c. poſſeſsiones. in prin. 16. q. 1. eſt notab. gloſſ. ultima in. L. Solent. ff. de offic. procons. & leg. Bart. in dicta. L. 1. num. 2. C. de ſeruit. &

uit. & aqua. Proindè ſi per longiſsimum tempus ueniſſem ad molendinū
tuum molendi cauſa: aut tu, ſicut & tui parentes olim anteà, hoſpitio
diutiſsimè recepiſſes alicuius familiæ nobiles: non ero propterea obliga-
tus molendinum tuum poſthàc accedere: ſed molitorem alibi potero mihi
quærere. Quoniam illa itio mea fuit meræ facultatis ſecundum Pet. Cy-
num, & Bald. nū. 10. in d. L. 1. C. de ſeruit. & aqua. Itidem non eris tu ob
id in futurum obligatus, nobiles prædictos domi tuæ excipere. Quia actus
ille, excipiendi eos in domo tua, liberam tuam facultatem, urbanitatemq;
reſpexit. Innoc. in. c. cum eccleſia Sutrina. ext. de cauſa poſſeſſ. & propriet.
Abb. in d. c. Abbate S. Syluani. num. 10. ext. de uerb. ſignif. Attamen ſi
me uolentem accedere aliud molendinum, molendi gratia, prohibueris, pu-
tans id tibi iuris eſſe, egoq; prohibitioni tuæ patienter acquieuero: incipies
tu quidem tunc eſſe in quaſi poſſeſsione illius iuris prohibitiui: cui per tem-
pus longiſsimum poſteà præſcribi à te rectè poterit. Et iure tum ipſe co-
gar, non ad aliud, ac tuum, molendi cauſa uenire molendinum. L. ſi quis
diuturno. in prin. ff. ſi ſeruit. uend. Iaſ. in repetit. L. Quominus. num. 28.
29. 30. & 31. ubi quàmplurimos allegat. ff. de fluminibus: et Abb. in d. c.
Abbate S. Syluani. ſuperius allegato. Quo loco etiam ait idem Abbas.
num. 11. ſufficere ad hoc extraiudicialem prohibitionem.

† Ad hæc, qui in flumine publico piſcatur, ſi alios ipſe (nemine contra- 155.
dicente) uolentes inibi piſcari prohibeat, & prohibitioni factæ non recla-
ment illi, quorum intereſt: conſtituitur ex eo in quaſi poſſeſsione ibidem
ſolus piſcandi, ut & huic iuri præſcribere queat: ita annotant Ioannes Fa-
bri, Angel. aretin. Chriſtophorus Portius, & alij in. §. flumina autem. ſu-
per gloſſ. in uerb. omnib. Inſt. de rer. diuiſ. Idem Angel. in. §. Et qui-
dem. ſuper gloſſ. in uerb. & mare. eod. tit. Ad huncq; ſenſum intelligen-
da eſt. L. Si quiſquàm. ff. de diuerſ. & temporalibus præſcript. faciunt no-
tata per Baldum in. L. Item lapilli. col. 2. uerſ. Tertiò quæro, an poſſum
præſcribere. ff. de rer. diuiſ. Atq; in ijſdem terminis uenationis ſic conclu-
dit Iacobin. de. S. Georgio in ſuo tractatu feudali in. §. Et cum uenatio-
nibus. nume. 2. fol. 34. Inquiens, cautela eſt pro dominis terrarum, ut in-
terdicant ſubditis uenationes: qui ſi prohibitioni non contradixerint, præ-
ſcriptoq; dominorum paruerint: dominos ſuos in quaſi poſſeſsione pro-
hibendi conſtituunt, ac ius deniq; tandem uenandi per tempus poſteà
immemorabile perdunt. allegat notata in d. L. 1. & L. 2. C. de ſeruit.
& aqua. & notata in. L. Qui luminibus. ff. de ſeruitut. urban. præd. & tra-
dunt Canoniſtæ cōmunibus ſuffragijs in. c. Non eſt. extra de decim. Nec
refragatur præmiſſæ concluſioni tex. in. L. Vltima. ff. de uſucapio. illic ete-
nim Papinianus in alijs terminis loquitur, ſcilicet quando hi, quorum in-
tererat, per patientiam non conſenſerunt, ut ex prædictis liquet. Deniq; ibi
ſolummodò prohibetur longi temporis præſcriptio: noſtra uerò diſputatio
eſt de præſcriptione tanti temporis, cuius initij nulla iam extet memoria.

Quæ ſanè nec iuri noſtro ciuili alia etiam ratione repugnare uidentur.
† Decet namq; inferioris ſortis homines, maioribus honorem & reueren- 156.
tiam exhibere, illiſq; loco cedere. L. potioris. in prin. C. de offic. rect. prouin.
L. 1. ad fin. C. de offic. præfect. urb. L. Tyrones. C. de Tyron. lib. 12.

157. † Quoniã, ut Caius ait, potẽtioribus pares eſſe nõ poſſumus. L. 3. in prin. in ſecundo reſponſo. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fac. benè facit textus in. §. Atrox. uerſ. uel ex perſona. Inſt. de iniurijs. in. L. Semper in ciuitate. in prin. ff. de iure immunit. L. 1. ff. de albo ſcrib. in. L. 1. &. L. 2. C. ut dignit. ordo ſeruet. lib. 12.

Indè propterea Bal. dicebat in. L. Obſeruare. §. antequàm uerò. num. 3. ff. de offic. proconſ. & leg. quòd altiorem locum ex uetuſtiſsimo uſu digniores tenere debent: & honoris ordinem illum, qui turbare uellet, actione iniuriarum eſſet compeſcendus. De cuius tamen dicti ueritate dubito. Vi-deas tu textum in. L. Iniuriarum. §. Si quis de honoribus. in prin. ff. de iniurijs. ubi actioni iniuriarum non fore locum uidetur, quando per aliquem
158. fit, quominus alteri debitus honos decernatur. † Ideòq; in illam ſententiam aduerſus Bal. communibus ſuffragijs itum uidetur, ut inferior per Iudicis officium tantiſper cogendus ſit, honorem debitum reddere maiori, meritumq; ſuperioris reuerenter agnoſcere: Ioannes Fabri & cæteri ſcribẽtes ita decidunt in. §. aliam uerò. ſupr. glo. in uerbo. altiori. Inſt. de bonor.
159. poſſeſſ. † Hanc nimirum honoris & reuerentiæ dignioribus exhibendæ conſuetudinem quum inter omnes gentes obſeruari generaliter uideamus: cur illã ius gentiũ quoq; non appellemus, nulla certè nobis ratio ſuadet. L. 1. §. Ius gentiũ. L. Omnes populi. §. quòd uerò. ff. de iuſt. et iure. Atqui iure diuino is etiam honos maioribus debetur, ſiue priorẽ, ſiue nouam contuiti fuerimus Dei legem: Eccleſiaſt. 32. Ioſue. 24. & primo Reg. 8. ad Rom. 13.
160. † Eſt hic ordo planè naturalis, ut maiori & ſeruiat & cedat minor. c. eſt ordo naturalis. 33. q. 5. Neq; eſt lex ea hominibus duntaxat præſcripta: uerùm et feris beſtijs atq; uolucribus, & ſicut credere par eſt, marinis beluis indicta. Nam unum quodq; penè animal irrationale potẽtiori cedere intelligimus: ſiquidem Leoni Taurus, Vrſo Ceruus, Leopardo Caprea, Accipiter Aquilæ, & Accipitri Columba, citra controuerſiam facilè ſuccumbant.
161. † Paucis natura dedit dominari: multis uerò obedire iniunxit. Etenim regnare eſt proprijũ fortunæ munus. L. fi. in prin. & gloſſ. ibi. ſecunda. C. de
162. iudic. ac, ut Ioſephus aiebat, non eſt crimen ſeruire potentioribus. † Quin imò in communi uniuerſorum conditione ſeruire, quædam libertatis eſt ſpecies. Quoniam dignitate dominantium cohoneſtãtur obſequia ſeruitiorum.
163. † Vel ſi res inanimatas deniq; contemplaberis: eundem planè in illis ordinem à rerum natura conſtitutum eſſe cernes, atq; res inferiores ſuperioribus ſeruire non ignorabis. L. 1. §. Deniq;. uerſ. ſi tamen lex. §. Sed etſi uicinus. §. Item ſciendum. el. 1. ff. de aqua plu. arc.

Ex his itaq; perſpicuum eſt, non adeò abſurdè Principibus & nobilibus Germaniæ perſuaſum initio fuiſſe, ſibi (in priuilegium quaſi, prærogatiuamq; eorum ſublimitatis) & plebeiorum agros ac nemora, uenandi gratia, pro arbitrio ingredi licere, & agrorum huiuſmodi dominos à uenando uel in proprijs etiam agris prohibendi ius eſſe: quò ſoli uoluptate illa & commodo uenandi potiantur: præſertim uerò quum interuenerit patientia plebeiorum, qui à principio in neutro ſeruituris ineundæ a-
164. ctu contradixerunt. † Tum ille nobilium ingreſſus in alienos agros ſæpenumero repetitus, & prohibitio facta cum patientia plebeiorum in

utroq;

utroq; actu ſubſequuta bonam fidem in nobilium animis fuiſſe, affatim oſtendunt, ſecundum gloſ. inſignem ab omnibuſq; receptam in d. c. Abbate Sancti Syluani, in uerb. Aleiatenſem monachum. ubi etiā in ſpecie notat Ant. de Butrio, col. 3. uerſ. Tertiò quòd utantur &c. extra de uerb. ſignif. Canoniſtæ omnes in. c. Non eſt. extra, de decim. Meritò utriq; ſeruituti Principes ac nobiles Germani nō iniuria præſcripſerunt. L. ultima. ff. queadmodum ſeruit. amit. L. Vlt. ff. de itin. actuq; p i uat. cum ſimilibus.

Quare exiſtimabis, ambas uenationis ſeruitutes prædictas ex illa quaſi poſſeſsione præcūte, & immemorabilis tēporis curſu Principib. & nobilib. Germaniæ iādudū quæſitas iure optimo niti. † Quia eiuſmodi præſcriptiones uim obtinēt traditionis & cōtractus, ueritatiſq; uice fungūtur, ſicuti Bal. edocet in. L. 1. in 3. notab. C. de ſeruit. & aqua. facit tex. in. L. Si pupillus, in fin. ff. de adminiſtrat. tutor. † Et tales quæſitæ ſeruitutes à iure gentium ſunt, Bart. in. L. 1. num. 3. ff. de ſeruitutibus. 165. 166.

Ob id cùm iuri uenādi in alienis agris utroq; modo abūdè præſcripſerint cū Principibus nobiles: † non tenētur hodie amplius cauſas aut titulos cōquiſitæ ſeruitutis illius cuiquàm hominū pandere, uel de ijſdem ullam reddere rationē, L. Si quis diuturno. in prin. ubi etiam Bart. & alij ſcribunt. ff. ſi ſeruitus uend. c. 1. cum ibi notatis; de præſcript. lib. 6. d. L. 1. cum ibi notatis. per Bal. & alios. C. de ſeruit. & aqua. † Et, ut inquit Scæuola, uetuſtas nūc pro iure, & cauſa eſt accipiēda. L. ulti. ff. de aqua plu. arc. facit tex. in. L. De quib. §. Inueterata. ff. de legib. † Proinde ſi eis in iure uenādi quæſito cōtrouerſia fieret, tuerētur ius ſuū in utraq; ſeruitute per in rē cōfeſſoriā actionē: quò plebei officio Iudicis cautioni dādæ propatiētia in futurū præſtāda adigerētur. De qua re tamē uideas latè apud ſcribētes in. §. æquè. Inſti. de act. in. L. 2. in prin. ubi glo. & Bart. ff. ſi ſeruit. uend. in. L. Sicuti, §. Ariſto, eo. tit. in d. L. 1. ubi Bal. in. 1. notabili. C. de ſeruit. & aqua. 167. 168. 169.

Aut Germani Principes & nobiles ex ſummi Principis indulto ius uenādi prædictum habēt, uelut ex Inueſtituris feudalib. Tunc nihilo ſecius ſuā aduerſus plebeios cauſam defendent. Solet plærunq; Cæſar in feudorū cōceſsionibus, quas inueſtituras uocāt, uenationes quoq; inter cætera conferre Vaſallis. Germaniæ aūt uetuſtiſsima cōſuetudo, quæ certiſsima eſt legū interpres. L. Si de interpretatione. ff. de legib. ita conceſsionem illam Auguſti accipit, ſubditis ſuo conſenſu & taciturnitate approbantibus, ut Cæſari talis ſit in inueſtituris uenationes cōcedendi ius, atq; Principib. & nobilibus Vaſallis ingrediendi agros ac nemora plebeiorum uenandi cauſa, uel ipſis inuitis, nec non & à uenatione plebeios in uniuerſum (leporum fortè & uulpium uenationibus exceptis) prohibendi ex ea Cæſaris conceſsione poteſtas facta fit. † Igitur de iſtiuſmodi iuris uenādi firmitate à Cæſare Romano Principibus & nobilibus tributi, non poterit, niſi ignauiſsimus aliquis, dubitare. Curam adminiſtrandi imperij cum poteſtate ampliſsima ubi Senatus Populuſq; Romanus (Reipub. uſu ſic exigente) uni ſoli & in unū delegauit, id eſt, ſi oblatam Reipublicæ curam ſuſcipere is unus noluiſſet, cogeretur tamen. L. 2. §. nouiſsimè. ff. de origine iuris. L. 1. ff. de conſtit. princip. † Ius identidem ſubditi alicuius in his & ſimilibus ad alterum transferēdi licentiam tùm eidem fecit, L. Quod principis. in prin. 170. 171.

ff. de aqua plu. arc. L. Quominus. ubi gloſſ. ultima. Bart. & Iaſ. copioſè. ff. de flumini. L. Seruitutes. la. 3. §. Publico. ff. de ſeruitutib. L. 2. §. ſi quis à Principe, in fin. ff. ne quid in loco pub. Quare cauetur, inſtar ſacrilegij eſſe, improbare, quod Cæſar deliberatè ſtatuit. L. 2. C. de crim. ſacrileg.

Et in propoſito uenationis per Cæſarem conceſſæ dicebat Iacobin. de ſancto Georgio in ſuo Tractatu feudali in. §. Et cum uenationibus. nu. 9. in Inueſtituris feudorum ea uerba plærunque addi, & cum uenationib. &c. Vnde Principes & nobiles ſic inueſtiti putant, ſibi ſolis tantùm in illo feudo uenationem deberi, alijs uerò quibuſcunque prohibitam cenſeri. Meritò ex tali poſſeſsione, in qua illis contradicit nemo, ſibi uniſe, & Cæſari directũ uenandi dominiũ acquirũt. Ad hæc, quod Ioannes Fabri in. §. æquè. col. 2. uerſ. Quid in priuilegijs Principum. Inſti. de acti. peculiariter ſcribit.

Verùm utrunque à me dictum, de Cæſaris huiuſmodi conceſsione nimirũ & Principum ac nobilium præſcriptione, Nonnulli amici alioqui mei ſcriptis ſuis acriter oppugnant: obeamque repræhenſionẽ (ut paſsim audio) in adulationis quoddam crimen & ſuſpitionẽ cum alijs quibuſdã fortè uenio: quaſi Cæſari atque Principib. ea in re blanditus plus æquo indulſerim. Quod à me quàm alienum in omni uita ſemper fuerit, conſcientia mea eſt teſtis: uoſque, cõmilitones dilectiſsimi, in controuerſa modò uenationis quæſtione mei candoris propugnatores ſtrenuos pro ueſtra erga me beneuolentia procque meo in uos ſtudio poſthac fore nõ dubito. Scio ſanè cur tantoperè indoluerint frequẽter & Diocletianus & Gardianus Iunior Auguſti Cæſares, ob id ſcilicet, quòd ueritatẽ à nemine audire ſe diceret. Inde Rempublicam nõ mediocriter cõcuti, ordines turbari, iuſtitiam opprimi, ingentia mala oriri. Quàmobrẽ quia res grauis eſt, & Rempublicam acerbè olim poſſet offendere, niſi erroribus primùm obortis tẽpeſtiuè occurratur: decreui aliqua adhuc de iſto uenandi iure apud uos diſſerere. Boni ęquidẽ profeſſoris eſſe arbitror, uitia, ſi quæ hæſerint, de animis Auditorũ, quoad eius fieri poteſt, reuellere.

152. † Sed hoc loco duo interim uobis potiſsimè cauenda erunt: Quandoquidẽ enim, uti Cicero ait, Aſſentatio nemini nocet magis, quàm illi, qui eam recipit, ne uos inprimis, dum oculos aliò intentos habetis, eandem (ſi in inuidiã Principum & nobiliũ blandè uobis offeratur) incautè ſuſcipiatis, danda opera eſt. Alterũ (ſeditio nempè) quod non minus periculi & diſcriminis uitæ, quàm peccati habet, uobis maximè erit fugiendum. L. Si quis aliquid. §. Authores ſeditionis. ff. de pœn. L. 1. & ibi Doctores. C. de ſediti. Ad inſtitutum redeo.

153. † Obijciuntur mihi duo, quibus nec Imperatorem Vaſallo in præiudiciũ ſubditorum concedere uenationes in feudi inueſtitura, nec Principes ac nobiles Germanos iuri uenandi præſcribere potuiſſe, contenditur.

Primum tale eſt: Ius aucupandi, uenandi, piſcandi omni iure conceſſum eſt. Iure diuino, ut Geneſis cap. 1. Iure naturali, quod ius gentium magis appellari debuit. L. 1. ff. de acqui. rer. domin. in. L. 1. in prin. ff. de acquir. poſſeſſ. & in pluribus alijs locis. Et ratio manifeſta eſt. Nam ex quo ſupradicta in bonis nullius cõſiſtunt, meritò occupãtis fiunt. Iure Canonico non prohibentur Laici, ſed duntaxat clerici: igitur à ratione ceſſante arguendũ eſt. Si ergò huiuſmodi iura cõpetant iure diuino, naturali, gentiũ

quomodo Principes prohibere poſſunt Vaſallos ſuper iſtis iuribus, quum nullam auctoritatem habeant, etiam ſi ſint ſupremi principes? Nam non poſſunt tollere ius naturale & gentium, licet ius poſitiuum poſſunt, ut notatur in, L. fin. & ibi Bart. & omnes. C. Si contra ius uel. util. publi. & Doctores in. c. Quæ in Eccleſiarum, de conſtituti. Et hanc eandem ſententiam noſtram plures tenuerunt indiſtinctè: Inprimis Ioannes Fabri ſubtilis & ueritatis doctor in, §. flumina, circa fin. Inſti. de rer. diuis. Idem Guido Pape in quæſtione 514. Incip. Vtrum Barones. ubi adducit eundē Ioannem Fabri. Hoc idem etiam ſentire uidentur Hoſtienſis & Butrius in. c. Non eſt. de decim. Hoc in ſpecie uoluit Iaſon in Conſil. 119. libro quarto. Decius in conſil. 197. col. prima. lib. primo. Hoc idem etiam uoluit Schurffius uester in conſ. primo. lib. tertio. Et pro hac ſententia facit tex. in L. Iniuriarum, §. fin. ff. de iniuri. ubi Imperator ipſemet corrigit illud, quod uſurpatū eſt, ut quis prohiberetur uenari: & iterū ſtatim neminē poſſe prohiberi, non ob aliam rationem addit, niſi quia ſupradicta iura competunt iure naturali & iure gentium.

Alterum eſt pro hac parte illorum fundamentum contra nos, Nam ex quo edicta principum ingerunt plerunque pœnam mortis, compelluntur ſubditi parere Principum prohibitionibus: & hoc non faciunt ſponte, ſed metu & uiolentia quadam; & licet non contradicant, tamen non conſentiunt, licet longum tempus lapſum ſit: quia ex quo durat cauſa metus, ideò ſemper durat metus & uiolentia prout dicebat Panormitanus in ſimili in. c. Accedens. in 3. notab. per illum textum. de procuratoribus. Petrus de Anchar. in conſil. 390. col fi. Cardinal. in conſil. 137. Calderi. in conſil. primo. quod met. cauſa. Decius latiſſ. in conſil. 468. col. quarta. lib. quarto.

Prædicta duo ſunt potiſsima illorum argumenta, per quæ noſtram pro Cæſare, Principibus Germanis, & nobilibus concluſionem expugnari certò ſunt arbitrati. Porrò quod dixeram de iure uenandi conceſſo per Cæſarem Principibus in feudorum Inueſtituris, protinus falſum conſtat ex defectu poteſtatis ipſius Cæſaris, ut dictū eſt. Aeque his ſuccumbit ratio illa noſtra præſcriptionis ob metū mortis imminentē ſubditis: qui & ſi capitis pœnā ueriti non contradicunt Principū atque nobilium prohibitionibus: tamen cōſenſum, eadem cauſa timoris ſubſiſtente, non præbent. Ideoque Principum nobiliumque præſcriptio tali caſu procedere nunquàm potuit. Fatentur ueruntamen illi, ſi prohibitio Principum non contineret pœnam mortis, ſed pecuniariā tantùm, quòd præſcriptioni tum locus foret. Quia quū poſſent ſubditi ſoluere mulctā & contradicere: ſi non facerent, intelligerētur cōſentire. Ita propriè in his terminis loquūtur doctores in. d. c. Non eſt. de decimis. Tu aūt his nō obſtantibus contrarium ſequere. At quò res, quam agimus, manifeſtior fiat, & nè ſubiectæ diſputationis terminos, promiſcuè de illis differēdo, fortè & nos cōfundamus, iterū loquamur de Cæſare prius ac eius in uenationib. concedendis poteſtate: demum ad alios Principes & nobiles Germanos, qui uenationib. præſcripſerūt, mox calamū cōuertemus.

† Dixi itaque (nec id iam rurſum repetere piget) ex feudorum Inueſtituris, in quibus conſueuerunt antiquitùs Imperatores Principibus & nobilibus Vaſala 1>46

bus Vaſala

bus Vaſallis inter cætera uenationes concedere, ius uenandi ipſis tantùm Va-
ſallis tributum, ſubditis uerò reliquis in toto illo feudo ſimul ademptum
cenſeri. Nitebar conſuetudine præſertim, quam optimam legum interpre-
tẽ Caliſtratus appellat in. L. Si de interpretatione. ff. de legib. Sic namq;
tales Cæſarum conceſsiones generalis & peruetuſta Germaniæ conſuetu-
dò interpretatur: ut tùm ſoli Vaſalli in eo feudo ius uenandi habeant, cæ-
teri inferiores ſubditi ex uoluntate Cæſaris ſic declarata prorſus nõ habeant.
Igitur conſuetudini ſtandum, tam & ſi aliàs Imperator eam poteſtatem ue-
nationis concedendæ uni & alteri adimendæ ſtricto iure non haberet, ſicuti
reuera habet. Quoniam mores maiorum & conſuetudines ſunt omninò
ſeruandi. L. More maiorum. & ibi Doctores. ff. Iuriſdict. omnium Iu-
175. dic. † Quoniam Iuriſdictionem, Imperium, & poteſtatem ei conſue-
tudo tribuit, qui prius non habuit. c. Cum contingat. in fi. & ibi Do-
ctores omnes. extra de foro compet. L. Viros. ubi gloſſ. & Bart. per il-
lum textum. C. de diuerſ. offi. libro 12. L. fi. ibi, uel ex longa conſuetudi-
ne &c. C. de emancipat. liberor. gloſſ. magna ad fi. in. §. nulla. in aut. de
defenſor. ciuit. gloſſ. in. c. Quanto. in uerſ. Si prælati. extra de offi. Iud. or-
din. & gloſſ. in. c. Conqueſtus. in uer. conſuetudo. 9. quæſt. 3. Bart. &
Alij in. L. Imperium. num. 7. ff. de Iuriſdic. om. Iudic.
176. Prætereà iam aliud dixerim: † Poteſt ſummus princeps etiam in re-
ſcripto ex cauſſa rationabili contra ius naturale & gentiũ diſponere, puta re-
rum mearum dominium, quod à iuregentium eſſe conſtat, mihi auferre
& alij dare, ſecundum Cyn. poſt Iacobum de Raue. & Petrum de bellaper-
tica in. L. Reſcripta. col. tertia. uerſ. In hac quæſtione. & col. quinta. uerſ.
Quid dicemus. C. de precibus Imperat. offer. Quo loco idem affirmat
Bal. col. 3. uerſ. Tertio quærunt doctores. Hoc idem uoluit ipſe Cynus
in. L. fi. col. 4. uerſ. Secundo caſu &c. ubi etiam Bart. Bal. & alij com-
muniter. C. ſi contra ius uel utili. publi. Innocenti. Ioan. Andreæ, Ant. de
Butrio, Abbas & reliqui in. c. Quæ in Eccleſiarum. extra de conſtitutio. &
Bart. tractat in. prima conſtitutione. ff. col. ſecunda & tertia. Sic decidit
Alexander conſil. 94. uiſis & ſæpius recenſitis. col. pen. uerſ. Sed præmiſ-
ſis non obſtantibus. lib. quinto. Idem Alexander in. L. More. num. 11.
177. ff. de acquiren. hæreditate. † Enimuerò ſecundum prædictos Docto-
res cauſa rationabilis & publica dicitur, quando res ac prædia mea Impe-
rator in ſuos milites, remunerationis & fidelium ſeruitiorum ergò, transfert:
allegant bona iura in. L. Item ſi uerberatum. §. 1. ff. de rei uendic. in. L.
178. Lucius. ff. de euictio. † Cæterùm ex feudorum conſuetudine Vaſalli Prin-
cipes & quiq; alij id genus nobiles ſunt Cæſaris milites: & feuda cum ue-
nationibus ob id nimirũ à Cæſare recipiunt, ut ipſi eorumq; hæredes Im-
peratori fideliter ſeruiant, Rempublicamq; in partibus ſibi commiſſam in-
duſtriè tueantur ac regant, ſicut in libro feudorum ubiq; apparet, & expe-
rientia ipſa docet. Videas in ſpecie tex. in. c. Obertus. ad fin. ibi, ad hoc ut
ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiant &c. in tit. in quib. cauſis feud.
amittat. c. 1. §. item qui dominum. §. ſed non eſt alia. in tit. quæ fuit pri-
ma cauſa benefi. amitten. Benè faciunt notata per Imolam in. L. 1. §. de-
niq;. col. fi. uerſ. Et per hoc patet. ff. de aqua plu. arcen. Ergò poteſt me-
rito Impe-

ritò Imperator ex hac publica remunerationis cauſſa ius uenandi adimere popularibus & concedere Imperij atq; Reipublicæ miniſtris. Et eſt doctrina Bart. peculiaris in. L. Quæcunq;. ad fin. C. de fid. inſtrum. & iur. haſ. fiſc. lib. x. ubi in propoſito benè diſtinguit inter reſcriptum Imperatoris reſpiciens publicam utilitatem & reſcriptum continens tantum priuatim commodum.

Et eſt acuratiſsimè obſeruandum, quòd Doctores in annotatis locis tàm Iuris canonici quàm ciuilis loquuntur in caſu ualdè magis dubio, atq; noſtra ſit quæſtio: nempè quum Cæſar auffert, ut diximus, dominium uni, & in alterum transfert, quemadmodum etiam Paul. & Vlpianus tradunt in d. L. Item ſi uerberatum. & d. L. Lucius. ſicq; reſpectu eius, qui dominio ſuo exuitur, querimonia eſt de damno uitando fauorabilis alioqui & ualdè æqua. At in eo, cui interdicitur uenationibus, querela ut plurimum eſt de præda & lucro captando. † Quàm autem iuſtior ſit cauſa illius, qui certat de damno uitando, & præferenda multò cauſæ eius, qui de lucro ſit ſolicitus, nemo eſt, qui neſciat: uide text. in. L. fi. C. de acqui. poſſeſſ. L. Aſsiduis. ad fi. C. q potior. in pignor. habe. L. Verùm. §. fi. L. Minor. 25. annis. ff. de minor. L. fi. ff. ex quib. cauſis maior. Quare à fortiori & ratione maiore pro Principibus iſtis contra plebeios argumenta erunt ducenda. c. cum in cúctis. extr. de electio. auth. Multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. 179.

Eòdem eſt referendum: quia uenatio conſiſtit ut plurimum in ſpe fragili capiendi feras: quas ne uenator capiat multa accidere poſſunt. L. Naturalem. §. illud. in fi. ff. de acqui. rer. domin. §. illud quæſitum. Inſt. de rerum diuiſ. Vndè eiuſcemodi ſpes conſiſtens in fortuito euentu licet poſsit uendi, donari, uel ad hæredes etiam tranſmitti. L. Si iactum Retis. ff. de actio. empti. L. ſpem. C. de donatio. §. ex conditionali. Inſti. de uerb. oblig. attamen in bonis noſtris ea non eſt: ſicut adeundæ hæreditatis ius aut ſpes in bonis noſtris non eſt. L. Precia rerum. poſt prin. uerſ. ſed nec hæredem. ff. ad. L. Falcid. Bal. in L. 2. in fi. C. de iur. & fac. ignor. Ideòq; longè minoris fiunt quæ ſperamus, quàm illa, quæ poſsidemus, & in bonis ac dominio noſtro ſunt. L. fideicommiſſa. §. item ſi quis certam. ubi bona glo. in uer. uoluntatem. ff. de leg. tertio. L. Cùm hi. in prin. & ibi glo. prim. ff. de tranſact. Si igitur ſpes illa capiendi feras incerta eſſe ut plurimum dicatur, neq; in bonis noſtris ſit facilius planè Cæſar eam, quàm rerum dominium, ſubditis adimere poſſe debuit per prædicta.

Quinimò aliud in propoſito caſu defendi iure poſſet: ut ſi probabilis cauſa concedendi Principibus & Nobilibus uenationes obſcura & non euidens eſſet ac manifeſta, ſicuti eſt: † nihilominus tamè in his & ſimilibus ſola uoluntas ſummi Principis pro cauſa iuſta & rationabili eſſet certò habenda. 180.
Videas gloſſ. de hoc notabilem in. L. Relegati. in uer. ex al. qua cauſa. & ibi. Bar. num. 4. in ſpecie probat. ff. de pœnis. Sic propriè decidit Cyn. cū antiquis in caſu prædicto transferendi dominij de uno in alium in. d. L. Reſcripta. ad fi. uerſ. ſecundo caſu. & col. 4. uerſ. in iſta quæſtione. C. de precib. imperat. offer. ubi ait, Imperatorem non debere abſq; rationabili cauſa dominium rei meæ auferre mihi & alteri dare: Veruntamen ſi id fiat, ei eſſe obediendum, quia reſcriptum eius præſumitur à iuſta cauſa profectum:

fectum : neq; adeò cõtra talem de ſummo Principe præſumptionem recipi probationem ullam oportere. Idem tradit Bal. inibi in. d. L. Reſcripta, col. 3. uerſ. Tertiò quærunt doctores &c. inquiens, in caſu prædicto pro cauſa idonea haberi debere quamlibet rationem motiuam ipſius Cæſaris. Ita uolunt Canoniſtæ in. d. c. Quæ in eccleſiarum, de conſtitutio, maxime Butrius ibi col. 5. uerſ. Aut eſt dubium an ſubſit cauſa. & Abbas num. 14. uerſ. Quando dubitatur &c. dicens quod licet id durum ſit, attamen quoniam ſic communiter legiſtæ tenent, ſeruaretur in praxi. Quare quum ex antiquiſſima conſuetudine Germaniæ conſtet, ut dixi, de Cæſaris uoluntate in iſtiuſmodi conceſſionibus uenationum, uolentis eas prohibere popularibus & concedere Vaſallis: non eſt, cur de cauſa cõcedendi ſimus tantoperè ſoliciti. Hæc ueruntamen ex abundanti ſolũ attigiſſe uolui, quo manifeſtior ueritas fiat, non etiam quia concedendi cauſa euidens deſit, uti proximè oſtendi.

Tertiò quòd Imperator uenationes in Inueſtituris feudorũ uni poſsit indiſtinctè concedere in præiudicium alterius, probatur in ſimilibus & proximis terminis, ſicut anteà quoq; dixi, per. L. 2. in prin. iũcto. §. ſi quis à principe. in fi. ff. ne quid in loco publi. & in. L. Quod principis. in prin. ff. de aqua plu. arcen. ubi ſi ex certo Imperatoris permiſſu Titius in loco opus faciat, quod alteri noceat, nihilomagis à quoquàm poteſt prohiberi, aut eo nomine in ius uocari. Et tamen illa conceſsio Cæſaris in præiudicium alterius dicitur eſſe contra ius naturale, quo cautum eſt, neminem cum alterius detrimento uel iactura fieri locupletiorem. L. Nam hoc natura. ff. de condict. indeb.

Quartò iſtud quaſi in terminis deciſum mihi uidetur per Hoſtienſem, quem refert & ſequitur Cardinalis Zabarella in. c. Nõ eſt. col. 2. uerſ. Idem
181. dicit etiam ſi dominus. extra de decim. † Vbi inquit, ſi dominus loci, ubi eſt cunctis libera uenatio habeat ius Reipublicæ ibidem, & prohibeat indicta pœna omnibus illic uenari, erit prohibitionis tranſgreſſor puniendus, licet uetuerit ſine cõſenſu illorũ, quorum interfuit. Cùm itaq; Imperator ius Reipublicæ habeat. L. 2. §. nouiſsimè. ff. de orig. iur. L. 1. ff. de cõſti. prin. cum ſimilibus. conſequens eſt, illum plebeis hominibus poſſe uenationibus interdicere, & cui ipſe uult pro libito dare. Id quod facere ex uetuſtiſsima conſuetudine ſic interpretante intelligitur, quando in Inueſtituris feudorum Principibus uaſallis & nobilibus uenationes nominatim concedit.

Huc nouiſsimè ſpectant quæ in ſimili ſcripſit Ioannes Fabri in. §. flumina. uerſ. quid ergò de Baronibus. Inſti. de rerũ diuiſio. † aſſeuerans, Imperatori, quia ſuperiorem non habet, licere in fluminibus publicis piſcationes prohibere: Principibus uerò, puta Baronibus, qui agnoſcerent ſuperio-
182.
183. rem, id poteſtatis inhibendi non eſſe. † Tenendo iſtam partem, quæ uera eſt atq; communis, in contrarium obiecta facilè ruunt.
184. † Primò negatur, uenationem eſſe iuris diuini, quandoquidem in ſacris literis hoc nullibi cautum inueniatur. Atqui uenatores in Biblijs malè audiunt, cum ſtomachoq; fermè ſemper nominantur, ut de Caimo, Lamech, Nimbroto, Iſmaele, & Eſau, uiris uenatoribus robuſtis, Dei & hominum contemptoribus, ac proinde nec ipſi Deo ualdè gratis legimus.

Vel ſi de iure diuino eſſet uenatio, prout non eſt: attamen poſſet æquè

Imperator

Imperator ex cauſa legitima eã uni inhibere & alteri totã conferre. † Quã- 185.
do ius diuinum, quod non eſt prohibitiuum alicuius rei neq; pœnam irro-
gat, loquitur de actibus hominum, aliquam in his præſcribens etiam for-
mam, poteſt nihilominus conſtitutio humana rationabilis ius illud diſtin-
guere & modificari ut in illo exemplo eſt uidere, in ore duorum uel trium
ſtet omne uerbum: Imperator tamen teſtamentis propter fraudes uitandas
maiorem teſtium numerum adhibendum præcipit, Bal. & communiter alij
in. d. L. fi. num. 4. C. ſi contra ius uel utilit. publicam. Cyn. latè in. d. L.
Reſcripta. C. de precib. Imper. offer. Bar. in. L. Omnes populi. in tertia quæ-
ſtione principali. ff. de Iuſti. & iur. Doctores Canoniſtæ in. d. c. Quæ in ec-
cleſiarum. de conſti. Quare quum in ſubiecto caſu iuſta & manifeſta cauſa
non deſit Cæſari, cur de uenationibus ſic diſponat: aut etiam ſi cauſa non
eſſet manifeſta, quemadmodum eſt, uoluntas tamen ſola ipſius Cæſaris ſuf-
ficeret, uti ſuperius ex communi doctorum omnium præſcripto retulimus:
merito eius conceſsio uigorem & robur firmum tùm quoq; obtineret.

Ad illud obiectum: princeps etiam ſupremus non poteſt tollere ius na-
turale & gentium licet poſsit ius poſitiuum &c. §. ſed naturalia. Inſti. de
iur. natura. Eſt in promptu uera reſponſio: † ut non poſsit ea iura in to- 186.
tum & in genere ſuo abrogare: ſed eis modò addere modò detrahere, uel
eadem limitare ex cauſa, iuſtè queat. Sic docent cuncti ſcribentes poſt gloſ-
ſas in. L. Ius ciuile. ubi de his ſunt bona exempla. ff. de Iuſti. & iure. in. d.
§. ſed naturalia. Inſti. de iure natur. Angel. aretin. in. §. ius ciuile. num. 9.
uerſ. Redeo nunc ad id. eod. tit. Doctores poſt gloſſ. magnam in. L. 1. ff.
de conſti. prin. in. d. L. Reſcripta. C. de precib. Imper. offer. in L. ulti. C. ſi
contra ius uel utilit. in. d. c. Quæ in eccleſiarum. extra de conſti.

Neq; uerum eſt, Ioannem fabri in. d. §. flumina. ad fi. Inſti. de rer. diuiſ.
adſerere, quòd ſupremus Princeps nequeat piſcationem in flumine publico
omnibus uetare: Imò contrariũ diſſertè ſcribit, ut antea dixi. Sic quoq; lo-
quitur Guido pape in allegata quæſtione 514. non de ſupremo Principe,
ſed de Baronibus, qui Delphinum Franciæ ſuperiorem agnoſcunt, ut ipſi
piſcationes in fluminibus publicis non ualeant iure communi prohibere:
niſi conſuetudo quid amplius poteſtatis ea in re illis tribueret.

† Hoſtienſis & Butrius in. d. c. Non eſt. de decimis, nõ ſenſerunt de ſum- 187.
mo Principe prohibente liberam uenationẽ in loco quãdo aiunt, talem do-
minum peccare: ſed tantum intellexerunt de domino particulari illius loci,
recognoſcente ſuperiorem & ius Reipublicæ non habente, prout Cardina-
lis ibidem non obſcurè declarat, & nos pridem anteà ſignificauimus. Imò
Cardinalis ibi ex Hoſtienſis ſententia æquiperat prohibitionem domini re-
cognoſcentis ſuperiorem cum conſenſu eorum, quorum intereſt, factam
& prohibitionem domini non habentis ſuperiorem ſine conſenſu illorum,
quorum intereſt factam: nempè ut utroq; caſu ualeat prohibitio, & meri-
tò ſit ſeruanda.

Iaſon in. d. ſuo conſilio 119. lib. 4. non dubitauit de conceſſa uenatio-
ne uni in præiudicium alterius per ſummum Principem: ſed de conceſsio-
ne cuiuſdam Marchionis recognoſcentis ſuperiorem & ius Reipublicæ non
habentis propoſita ſibi quæſtio fuit. Quod indè nimirum quoq; conſtat,

quoniam allegat pro deciſione quæſtionis eius notata per Hoſtienſem, Butrium, & Cardinalem in. d. c. Non eſt. de decimis. quos de Principis prohibitione non habentis ius Reipublicæ loqui nuper demonſtraui.

Ad Conſilium Decij 197. lib. prim. reſpondetur eodem modo: quia erat controuerſia, num Princeps quidam Marchio poſſet prohibere ſubditis diſponere de uenatione ſuorum prædiorum: non autem lis erat de prohibitione ſummi Principis, & allegat pro deciſione illius dubij Decius notata Hoſtienſis & aliorum in d. c. Non eſt, de decim. Ex quo liquet, ſcripta Decij huc, ubi de ſummi Principis prohibitione agitur, non poſſe referri.

Schurpffium in allegato Conſil. prim. lib. 3. non uidi: At ſi contrarium in prohibitione ſummi Principis diceret ille (quod tamen non puto) ei minimè gentium crederem.

188. † Poſtremò non contradicit concluſioni noſtræ tex. in. L. Iniuriarum. §. fi. ff. de iniuri. quem tex. allegauit anteà Decius in præallegato eius conſilio. ibi nulla fit mentio de prohibitione Cæſaris, quæ ex cauſa fieret rationabili occulta uel manifeſta, ſicuti de illa eſt omnis diſputatio noſtra: ſed refertur duntaxat atque innouatur diſpoſitio Iuris gentium ex iniquo quorundam priuatorum uſu in piſcationibus publicorum fluminum uiolata.

Nunc de acquiſito per præſcriptionem Vaſallis Principibus atque Nobilibus germanis uenationis iure pauca dicamus. Quoniam uerò, ut pridem ſcripſi, iam primùm non incipiunt Germaniæ Principes & Nobiles uenationibus contra populares præſcribere: Verùm à tanto tempore uenatio ipſis ſolis eſt liberè permiſſa, ut in contrarium memoria hominis nullius extet: ocioſam putarim illam quæſtionem, an hodie ſubditi eius rei gratia poſsint indicta corporali pœna prohiberi uenationibus uti. Porrò qui præſcripſit optimo iure nititur uti dixi: ſiquidem præſcriptio uim traditionis, contractus, & ueritatis obtineat ſecundum Bald. in. d. L. 1. in tert. notab. C. de ſeruit. & aqua.

189. † Non obſtat quod aduerſus Principes & Nobiles quadam cum diſtinctione in medium profertur: Inſpiciendum nempè prohibitionis modum atque originem: ut ſi initiò corporali pœna prohibiti fuerint à Principibus & Nobilibus populares uenari, propter comminus ingruentem grauis pœnæ metum non cenſeant ijdem populares huic prohibitioni ullo tempore conſenſiſſe, ac ob id præſcriptioni nullum locum, deficiente ſubditorum conſenſu, nequaquàm fuiſſe, per notata ſcribentium in. d. c. Non eſt. de decim. & in. §. flumina. Inſti. de rerum diuiſi. Secus ſi ſola mulcta propoſita, uenationibus uacare prohibiti fuiſſent plebei &c.

Reſponderim ipſe equidem obici multifariam: In primis non eſt credendum, Principes & Nobiles Germanos tunc temporis, quo uenatio omnibus paſsim iuregentium libera erat, uetuiſſe ſubditis eam ſub capitis aut amputationis membri alicuius pœna. Eiuſcemodi namque prohibitio, mera iniuria fuiſſet, uti rectè monent canoniſtæ Interpretes in. d. c.

190. Non eſt. † Sed non præſumuntur delicta in dubio. L. Meritò. & ibi gloſſ. latè. ff. pro ſocio. L. Igitur. uerſ. & generaliter. ff. de liber. cau. cum ſimilibus. ergo &c.

Reſpondeo

Reſpondeo præterea, quod ſumus in præſcriptione, aut ſi mauis, in conſuetudine, cuius principium & originem memoria hominis nullius hoc præſenti ſeculo tenet: igitur talis uetuſtiſſ. obſeruantia æquipollet ueritati: neque eſt neceſſe de aliqua bona fide Principum & Nobilium docere, quum nec tituli allegatio tam longiſsimi uſus ſit exigenda ut anteriore loco ſcripſi.

Neque hoc caſu ad firmitatem iuris uenãdi Principum & Nobilium, deſideratur aliquis popularium ſubditorum conſenſus: † quoniam uſus tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium, habet uim & robur conceſsionis ſummi Principis factæ ex certa ſcientia. c. Super quibuſdam. §. præterea. & ibi notat. extra de uerb. ſignifi. in. L. Hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſti. Ita diſſertè concludit Bal. in. c. 1. num. tertio. uerſ. Quædam nituntur. in tit. quæ ſint regal. Ioan. Imolenſis in. L. Si publicanus. §. ultimo. uerſ. Sed certè hæc opinio. ff. de publica. Idem in L. 1. §. denique. col. penult. ad fin. uerſ. Et in iſto conclude. ff. de aqua pluui. arcen. Paulus Caſtrenſis. in. L. Imperium. num. 7. uerſ. Sed dic quòd imò. ff. de iuriſdicti. om. iudic. Ant. de Butrio in repetitione. c. peruenit. col. 24. uerſ. Per hoc apparet quid de pedagijs. extra de cenſibus. Alexander hoc ipſum ita pro certo & communi affirmat in ſuo conſil. 6. Incip. Viſo themate & dubijs ſupraſcriptis. col. ſecunda. uerſ. Item quia ſecundum Antho. de Butrio. lib. primo. Cùm itaque ſuperius apertò iure oſtenderim, uenationem Principibus atque Nobilibus Vaſallis in præiudicium aliorum ſubditorum à Cæſare in feudorum Inueſtituris conceſſam non iniquè defendi: conſentaneum identidem eſt, ſubditorum conſenſum principibus ac Nobilibus hoc præſcriptionis loco minimè expetendum. 191.

Neque te moueant obiecta de metu pœnæ corporalis durãte &c. Etenim exceptio illa non habet locum, quando intercurrit tanti temporis interuallum, cuius initij memoria apud uiros mortales iam nulla ſit: nec eo caſu loquuntur doctores ex locis communibus huc transſcripti, ſicut tu ipſe illos quandoque inſpiciens ignorare non poteris. Nullus quippè metus durare poteſt illius pœnæ, quæ an indicta principio fuerit, prorſus neſcitur argumento. L. Nam & ſi. §. poſt defectum. ff. de inius. rup. irrit. teſt. Nec poteſt eſſe ſine ſubiecto qualitas. L. Si ſeruum. §. 1. ff. de acti. empt. L. Eius. §. fin. ff. ſi cert. pet.

Quare quod hodie Principes ac Nobiles Germani uenatione ſubditis interdicunt pœna capitis aut alia ſimili propoſita, nõ ita ſupinè accipi conuenit, perinde ſi iam primum præſcriptionis uenationum eſſet initium: ſed quò potius iura uenandi ipſis iamdudum quæſita pœnalibus nunc edictis conſeruent tueanturque.

Ex me autem ſi fortè quæres, num ſæuerioribus hiſce mortis ſupplicijs uenationes ſuas contra ſubditos ualeant Nobiles uindicare? † Reſpondere (ſi me arbitro Nobiles cum plebeis certarent) ut paulò mitioribus pœnis, grauibus tamen utcunque, ius illi ſuũ & cum aliquo benignitatis temperamento perſequerentur iuxta. L. Reſpiciendum. circa principium. ff. de pœnis. Non planè uellem pro fera aliqua belua capta hominem ad Dei imaginem creatum & Chriſtianum, ſaluatoris Chriſti membrum, protinus mactari. Quod enim olim commune omnibus fuit, ſoli nunc Nobiles 192.

ipſi & ſi iure optimo habent: meminiſſe ueruntamen illos decet, de popu-
larium perſonis in ipſos id lege translatum: parcius proindè in ſubditos hoc
præ,ertim nomine, ſi non alio, ſæuiendum argumento. L. Si iudex cir-
cumuento. in fin. ff. de minoribus. cum ſimilbus. Sinuerò, ut non rarò
accidere alicubi ſolet, delinquerent ſæpè nimis populares, & à furtis iſtiuſ-
modi ferarum ſibi frequenter nõ temperarēt: ſupplicia tu'm in illos exacer-
banda nõnhihil proculdubio forent: & pœna unius deberet eſſe plurimo-
rum metus. L. Aut facta. §. nonnunquàm. ubi plenè notat. ff. de pœnis.

Poſt iſta congruo loco differemus: num iura uenandi Principibus atq;
nobilibus Germanis, uti diximus, acquiſita, cenſenda ſint reales ſeruitutes,
aut perſonales potius: Indè claram quidem propoſiti ſuperius dubij deciſio-
nem relaturi. Non uidetur realis ſeruitus hoc ius uenandi nobiliū, quando-
quidē ſeruitus realis in uno prædio cõſtituta abſq; altero uicino fundo, cui
193. ea debeatur, eſſe nequit. † Ad uſum enim utilitatemq; agrorū uicinorum
hæ ſeruitutes prædiales cùm primis ſunt adinuentæ. L. 1. ubi gloſſ. & do-
ctore, per illũ tex. ff. cõmunia præd. L. Quoties. la. 1. in prin. ff. de ſer-
uit. L. Ergò. §. nec hauſtum. ff. de ſeruit. ruſti. prædior. §. Ideò autem.
Inſti. de ſeruit. ruſt. præd. Bart. & alij in. L. Vt pomum. in princ. ff. de
ſeruitutibus. Sed etſi nobiles nulla etiam alienis Syluis habeant uicina præ-
dia, ad quorum utilitatem huiuſmodi ſeruitus debeatur: tamen nihilomi-
nus tali utuntur in aliorum ſyluis uenandi licentia. Ergò ſeruitus prædialis
iudicanda non eſt.

Neq; ſeruitus perſonalis dicenda eſt hæc uenandi poteſtas, utputa uſus,
194. uſusfructus. † Quia ſeruitus perſonalis deficit cum perſona, cui debetur. L.
Vſus aquæ. ff. de uſu & habitati. L. Lucius. ff. de ſeruit. ruſti. præd. L.
Sicut in annos. §. morte. L. Si uſusfructus ciuitati. ff. quibus mod. uſuſ-
fruct. amitt. L. In omnibus cauſis id obſeruatur. L. Priuilegia. ff. de reg.
iur. Enimuerò iſtam uenandi licētiam tranſmittunt nobiles ad eorum po-
ſteros & hæredes: ideòq; perſonalis ſeruitutis ſpecie non continebitur.
Qua de re olim unà cum clariſſimis collegis meis interrogatus, anceps non
mediocriter fui, & rationibus multis à me tunc acerrimè pugnatum memi-
ni: ſed miſſa iam illa faciamus.

Reperi Dominum Vdalricum Zaſium in. §. æquè. num. 24. Inſti. de
action. qui hunc locum ceu amans patriæ, deq; illa benemerendi cupidus,
latè explicat. Ait ille, hoc ius uenandi atq; alia id genus plura, quæ nobili-
bus Germanis in humilioris fortunæ hominum fundos ac nemora com-
petunt, à noſtratibus iuris ciuilis interpretibus, neq; reales ſeruitutes, neq;
perſonales haberi, ſed inter pacta perſonalia connumerari. Eius namq; rei
nos ita commonefactos à gloſſatore Zaſius putat in. L. Pecoris. in gloſ.
ultima. ad fin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. in. L. Vt pomum. in prima gloſſ.
ff. de ſeruit. in. L. Idem Iulianus. §. ſi quis alicui. in uerſ. cedere. ff. de le-
gat. 1. in. L. Veluti. in uerb. uſusfructus. ff. de ſeruit. ruſt. prædi. Sic de-
mum Bart. in. L. Mela. §. fin. poſt gloſſ. ibi, in uerb. perſonæ. in fin. ff.
de alim. & cibar. leg. Verùm hoc repræhendit Zaſius: quoniam ſi pactū
uel ius quoddam perſonale eſſet iſta uenandi libertas, perſonam non egre-
deretur.

deretur, interiretq; cum perſona: ſiquidem pacta ad tertium non extendātur. L. Si unus. §. ante omnia. ff. de pactis. Conſequens eſt falſum, quemadmodum quotidianus uſus Germaniæ in iſto iure uenandi demonſtrat: ergò & antecedens. Bal. in. L. fin. C. de condict. indeb. (ait Zaſius) ſcripſit huiusmodi iura eſſe perſonales ſeruitutes. Error eſt: uoluit Zaſius allegare Bal. in. L. Pen. num. 12. col. 3. uerſ. Item ſi debeas mihi ſeruitutem. C. de condit. inſert. quo loco Bal. exiſtimat, ius coquendi panem in clibano tuo pro tota familia mea, aut aliud ſimile, eſſe ſeruitutem innominatam, quæ à re perſonis debeatur. At Zaſius dictum Bal. repræhendit: quia ſi hæc iura nuncupabimus ſeruitutes perſonales, incidimus in priores difficultates, ut cum perſona finiri debeant: ideò aliud de his nouè contra gloſſas ac doctores alios pridem memoratos ſtatuendum ipſe omninò cenſuit.

† Indignè (mihi uidetur) doctores hoc loco, ut de uenatione tantum 195.
dicam, Zaſius damnat. Nullam ſibi unquàm hi uenationis Germanicæ imaginem ob oculos confinxere. Deniq; cur gloſſator in. d. L. Idem Iulianus. §. ſi quis alicui. ff. de leg. primo. ius cædendi lapides in alieno fundo, neget eſſe ſeruitutem realem, manifeſtè illic indicat: quia is, cui tale ius fuerat legatum, nullum habebat uicinum lapidicinæ prædium: idcircò prædialis ſeruitus abſq; prædio dominante eſſe non potuit. Idem rurſus tradit ipſe gloſſator. in. d. L. Pecoris. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Bart. & gloſſ. in. d. L. Vt pomum. in prin. ff. de ſeruit. in. L. Mela. §. fin. in uerb. perſonæ. ff. de aliment. & cibarijs leg. nec non in d. L. Veluti. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ait gloſſator non eſſe illic ſeruitutem prædialem: quoniam ultra neceſsitatem prædij mei uaſa ex figulinis mihi debebantur. Quamobrem illi ſpeciales caſus nullam prorſus affinitatem cum iure uenandi Germanico uidentur habere. Siquidem & Zaſius teſtatur nobilium caſtris, arcibus, familijs, & ædificijs hanc uenationem ceu prædijs dominantibus deberi. Itaq; gloſſarum & Bart. immeritò ipſe ſententiam repræhendit.

Subindè ſtatim addit Zaſius, ſe cum Ioanne Fabri illic indubitanter putare, huiuſmodi iura eſſe ſeruitutes reales, ſed fortaſſè innominatas: atq; ſic notiſsima conſuetudine Germaniæ ſeruari. Etenim, ipſe inquit, perpetuæ ſunt, & ad hæredes extenduntur, & ſequuntur quemcunq; poſſeſſorem fundi ſeruientis, ſicut aliæ ſeruitutes reales. Nec ad rem pertinet, quòd à re rei non uideantur competere: imò probabiliter defendi poteſt, eas à re rei deberi. Cùm enim ſeruitutes huiuſmodi plærunq; debeantur à uicino prædio ciuitatibus, Monaſterijs, Caſtris, Villis, nobilium familiæ: conſequens eſt, quòd in huiuſmodi ſeruitutibus non ſolùm extet fundus ſeruiens, ſed etiam fundus dominans (iſta nunquàm eſſe audita, ille ſcribit) nempè Ciuitas, Communitas, Monaſterium, Vicus, Caſtrum, Villa, & ſic de alijs. Quæ loca rectè nomine fundi ueniunt, & in fundo dominanti computabuntur. Nam & Cicero in oratione pro Marcello totos populos, fundos nominat à fundo: & gloſſa. in. L. Si fur. in fin. ff. de uſucap. partem fundi dicit eſſe

quotam

quotam aliquam partem mund. Et quamuis in prædictis ſeruitutib. commoditas perſonæ quæratur: prædij tamen dicetur, non perſonarũ, ut uoluit in ſimili gloſſ. in. L. 1. in uerb. computanda. ff. de ſeruit. ruſti. præd. facit altera gloſſ. ſingularis in. L. 2. in uerb. cloacam. ff. eod. (audite mirabilem gloſſam, Zaſius ait) quæ uult Colonos agri mei uelut pro fundo dominante reputari. Itaq; nemo ſiniſtrè (ipſe ait) mihi interpretetur, ſi huiuſmodi iura Germaniæ, ſeruitutes reales contra communiter doctores dixerim. Hæc inibi Dominus Zaſius. Eadem penè omnia repetijt in ſuo conſilio. 6. Incip. Illuſtriſsime, Reuerendiſsime, & gratioſe domine. col. fin. lib. ſecundo.

196. † Ego uerò arbitror (ut de uenatione ſolummodò uerba faciam) Zaſium ita non optime trad diſſe. Primò Ioan. Fab. in. d. §. æquè. Inſtit. de action. nõ dicit ius uenandi, aut aliud eius ſimile, ſeruitutem eſſe realem. Imò certe Faber accuratiſsimè diſtinguit ſic inquiens: In conſtituta ſeruitute inſpiciendum eſſe, an ſeruitus reſpiciat propius ſeruitium rei quam perſonæ: Exempli gratia, ſi tibi conceſſum fuerit ius cedendi ligna in meo nemore pro uſu & neceſsitatib. caſtr. tui: erit ſeruitus realis. At ubi ius illud non ſpectaret utilitatem caſtri: eſſet id ſeruitus perſonalis. Pura ſi in meo nemore concedam tibi ius cedendi ligna, quò te in caſtro tuo calefacias: quoniam hoc ius non pertinet ad utilitatem caſtri. Hanc Faber ibi doctrinam tradit. Ex qua potius contra Zaſium decernitur, quàm pro eius opinione aliquid ſtatuatur. Cùm enim uenatio & carnes ferinæ reſpiciant tantummodò hominis ac perſonæ eius utilitatem & uſum argumento. L. In pecudum. ad fin. ff. de uſur. non autem ad caſtri uel alterius ædificij neceſsitatem faciant: conſequens eſt (ſi Fabro cred mus) ius uenandi ſeruitutẽ eſſe perſonalem, & non realem. Quocirca idem ipſe Zaſius hac in re uacillauit non parùm in ſingularibus ſuis reſponſis. lib. 1. cap. 11. ubi pernegar, quod hic aſſeruit dicens: Ioannem Fabri cum Baldo tenere, quod huiuſmodi iura Germaniæ ſint ſeruitutes perſonales: quorum tamen ſententiam notiſsima conſuetudo eiuſdem Germaniæ ſubuertat.

Neq; ob id Zaſio aſſentior, quia dicat, totos populos à Cicerone fundos nominari. Longa eſt differentia inter populos & nobilium familias.

197. † Meritò ſanè populus quum ſit res perpetua in loco, idemq; ſit ſemper populus, inter immobiles fundos adnumeratur. L. An uſusfructus. ff. de uſufruct. L. Si uſusfructus municipib. ff. de uſufruct. leg. L. Proponebatur. ff. de iudic. Non æquè de nobilium familijs, quæ plærunq;, uti & quotidiè experimur, intereunt, ſtatui oportet. L. Pronunciatio. ad fin. ff. de uerb. ſignif. Et citata gloſſ. in. d. L. Si fur. in fin. de uſucap. huc prorſus non ſpectat, nihilq; ad rem facit.

198. † Quorſum præterea attineat altera gloſſ. in. L. 2. in uerb. cloacam. ff. de ſeruit. ruſt. præd. quam mirabilem prædicat ipſe, diſpiciamus. Habebam in agro meo colonos, per quos ager colebatur, uicinus conceſsit, ut cloacam in proximo eius prædio haberem, quò uentrem ibi fortè pro eorum neceſsitate coloni mei leuigarent: Neratius reſpondet, id ius cloacæ eſſe ruſticam ſeruitutem. Accurſius rationem addit, quoniam illud eſt cõmodum agro meo, ideòq; ſeruitus ruſtica uocatur: allegat tex. Accurſius in

lege pro-

lege proxima, quæ eſt tertia illius tituli, ubi perſimilis refertur caſus. Conceſsit uicinus, ut in fundo ſuo boues, per quos meus colebatur ager, paſcantur. Illud eſt ius ruſticæ ſeruitutis, Iuriſconſultus ait. Idem reſpondet Papinianus in. L. Pecoris. eodem tit. † Non ueruntamen boues aut pecus meum pro fundo dominante Iuriſconſultus accepit. Sed pro inſtrumento, quo ager excolitur, fructuoſiorq; redditur, boues, quemadmodum & coloni ſerui, ſunt. L. Inſtrumenta fundi. ff. de fund. inſtr. L. Quæſitum. §. ſed & ea. §. Alphenus. eod. tit. Igitur ab Accurſij uerbis, iuxtà & à mente alienum fuit, colonos (qui, quum inſtrumenta fundi ſint, acceſſoriè nimirum ad ipſum fundũ pertinent ſecundum gloſſ. 1. in. L. 1. ff. de fund. inſtr.) pro fundo dominante habere. Quaſi uerò principale acceſſorij ueſtigia imitaretur, inq; acceſſorio contineretur. Quod abſurdiſsimum foret. L. 1. & L. 2. ff. de pecul. leg. L. cùm principalis. ff. de reg. iur. 199.

Mouent me dein alia contra Zaſium efficiuntq;, ut ab eius opinione planè recedam. † In quamplurimis Germaniæ locis ſyluarum reditus ex potiſsima maximaq; parte ſunt in uenatione, iuxta. L. fundo legato. &. L. Quæſitum. §. ſi in agro uenationes. ff. de fundo inſtr. † Ergò prædialis ſeruitus nulla in eiuſcemodi ſyluis, quòminus earum dominis uenari, hoc eſt, uti frui ſyluis ſuis liceret, conſtitui potuiſſet. L. Quoties. la. 1. uerſ. & iſdeò ſi mihi. ff. de ſeruitutib. 200. 201.

† Obſtat & Zaſio illud: ſeruitus prædialis non poteſt à fundo tuo fundo meo deberi, niſi fundus meus ſit tuo uicinus. L. Ergò. ibi, niſi fundum uicinum habeat &c. L. Qui ſella. in fin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. gloſ. in. L. 1. in uerb. computanda. eod. tit. Sed uti uidemus, & Zaſius quoq; non negat, longiſsimè plærunq; diſtant Caſtra, Arces, Monaſteria, Ciuitates, & Nobilium familiæ à ſyluis, in quibus ius uenandi habent, ideòq; ſeruitus illa uenandi prædijs huiuſmodi ualdè diſtantibus non poteſt deberi. 202.

Adhuc etiam ſic magis Zaſij expugnatur opinio. † Prædium unum non poteſt alteri ſeruire, niſi quatenus neceſsitas prædij dominantis exigit. d. L. Ergò. in fin. cum. L. Veluti. in prin. & ibi gloſſ. in uerb. uſusfructus. ac Bart. clarè notant per illum textum. ff. de ſeruit. ruſt. prædio. Altera eſt gloſſ. in. d. L. 1. in uerb. computanda. in fin. eod. tit. Verùm Germani Principes & Nobiles abſq; ulla diſtinctione neceſſarij uſus uniuerſam habent uenationem: quæ non ſolum ipſis, eorumq; familijs eſt neceſſaria, ſed etiam uſq; ad nauſeã quandoq; & faſtidium ſuperflua. Igitur prædialis ſeruitus tale ius non eſt. Iam itaq; uides (quod minimè mirum in re tàm difficili tamq; nodoſa uideri debet) hunc Gordianum nodum Zaſiana manu minimè diſſolutum. Cæterùm quum ea uenatio non ſit ius perſonale, non ſeruitus perſonalis, ut ipſe Zaſius quoq; faſſus eſt: non deniq; ſeruitus prædialis: in nullo tu apud nos eam eſſe numero fortè exiſtimabis. 203.

† Reor ego equidem ultra alios (ſi, ut Paulus monet, ab effectu nobis argumenta deſumere licet. L. Debitor. ibi, uideamus de effectu rei. ff. ad Trebell. cum ſimilibus.) ius iſtud uenandi Germanicum nihil aliud eſſe, quàm ſeruitutem à ſyluis & nemoribus plebeiorum iuriſdictioni nobilium debitam. Conſtat ſenſus hic meus ex effectu. 204.

Pone aliquem priuari mero & mixto Imperio cum omni iuriſdictione,

quam habuit in territorio, citra tamen aliam pœnam aut relegationem: ille idem cum iuriſdictione ius uenandi perdit. Aliqua ipſe exempla in Germania uidi. Poſt confectum à Cæſare Anno Domini M. D. XLVII. ſmalkaldicum Bellum fuerunt priuati Nobiles non pauci tunc iuriſdictione, quã habuerunt in Ducatu, aut comitatu aliquo: demũ illos Cæſar ſimpliciter recepit in gratiam, offenſaſq; condonauit: ueruntamen priuſquàm eis iuriſdictionem ademptam reſtituerit, mandaueritq; ſubditis populis, ut illos, ceu dominos & magiſtratus ſuos, agnoſcerent, nullam uenationem ibi exercere aut quid aliud contra illius ducatus, & territorij incolas intereà temporis auſi fuiſſent.

Prætereà ſi Princeps aut Nobilis aliquis donaret plebeio, aut uenderet mercatori nudam arcem ſuam, puta ueterẽ, ſine tamen iuriſdictione: in qua arce diu anteà ſemper habitauit: & ipſe Princeps ſeu Nobilis, antequàm nouam extrueret, habitaret in alio loco eiuſdem territorij, abiecto ſcilicet & ignobili ædificio: certè nemo dicet ius uenandi eſſe acquiſitum mercatori

205. propter emptam ueterem arcem: † quum tamen (ſi prædialis ſeruitus eſſet debita illi arci, quemadmodum Zaſius perſuaſus fuit) ad quoſcunq; ſucceſſores, & ad emptorem arcis, uelut realis ſeruitus, tranſitura fuiſſet. L. Cũ fundus. ff. communia præd. L. Via. §. ſi fundus. &. §. quæcunq;. ff. de ſeruit. ruſt. præd. L. Si aquæductus. ff. de contrah. empt. L. penult. ibi, tantundem iuris ad hæredem quoq; tranſmitteretur &c. ff. de ſeruit. legat. urbica & ruſti. At remanet nihilominus tale ius uenandi apud Principem uel Nobilem ubilibet habitantem, ad quem territorij illius, pertinet iuriſdictio. Ergò dicendum eſt, ad iuriſdictionem ſolam ius uenandi oportere referri. Alia poſſent huius rei dari exempla, quæ tute olim uſu & experientia melius cognoſces.

206. † Quamobrem crediderim uenationem Germanicam eſſe ſeruitutem iuriſdictionis, ſeu (ut ita dixerim) iuriſdictionalem: quæ naturam realis ſeruitutis habeat. Tunc omnia exolent contraria, & rationi ſenſus in hoc maximè conuenit. Porrò debetur iſta ſeruitus à ſubiecto territorio cohærenti iuriſdictioni, ſicq; à re rei. Nam quemadmodum fundus proprietatem habet, ita & iuriſdictio ſuam dicitur habere proprietatem: atq; ſic Bald. proprietatem iuriſdictionis nominat in. L. à procuratore. poſt prin. uerſ. nihil enim habet commune proprietas fundorum. C. mand.

207. † Et licet iuriſdictio dicatur cohærere perſonæ magiſtratus, ſicut dominium rerum perſonæ domini, ut declarat Bart. in. L. 1. col. ult. ff. de iuriſd. omn. iud. per conſequens uideretur potius ſeruitus perſonalis, utputa debita perſonæ eius, qui habet iuriſdictionem: attamen reſponde, iuriſdictionem cohærere perſonæ magiſtratus ſecundum quid, id eſt, reſpectu exercicij ipſius iuriſdictionis: ſed uniuerſaliter cohæret ſubiecto territorio, cuius latitudinem & longitudinem non egreditur. L. Vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. L. Pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſignif. Vndè aiebat idem Bart. in. d. L. 1. col. ult. num. 16. quòd Princeps, ſi cui concedat uniuerſaliter territorium aliquod, intelligitur etiam iuriſdictionem uniuerſaliter ſimul concedere. Et rurſus ipſe Bart. in. L. 1. §. Cùm urbem noſtram. num. 9. ff. de offi. præfec. urb. dicit, quòd omnis iuriſdictio ordinaria territorio cohæret, allegat text.

in. L. fin. C. ubi & apud quos, ac alibi, nempè in. L. Inter eos. ff. de ac-quir. rer. dom. inquit, iuriſdictionem in dubio cohærere territorio. Innominatam quoque iſtiuſmodi uenationis ſeruitutem nuncupabo, quoniam inter nominatas non computatur. L. 1. & gloſſ. in uerb. computanda. ac doctores. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

A prædictis indubitata definitio pendet quæſtionis anteriore loco motæ: num & quatenus liceat ſyluarum dominis arbores excidere. † Poterunt 208 namque illi ita ſyluis proprijs frui, quò tamen uenatio ipſa deterior non fiat, arg. L. 1. §. Labeo putat. ff. de aqua quotidia. & æſti. Alioqui Principes & Nobiles quanti ſua intererit à prædiorum dominis per confeſſoriam in rem actionem erunt conſequuturi. L. Loci corpus. §. In confeſſoria. & §. ſi quis. ubi etiam doctores. L. Si quis diuturno. §. agi autẽ. ff. ſi ſeruitus uend. L. 1. §. ult. cũ. L. ſequenti. ubi gloſſ. & doctores. ff. de no. op. nunc. faciũt notata per Bald. in. L. Ea lege. nũ. 18. C. de condict. ob cauſam. dat. per Bartolum & Paulum Caſtr. in. L. Fluminũ. §. ult. cũ. L. ſequenti. ff. de dam. infect. Quam actionem in rem confeſſoriam directam ſoli Principes ac Nobiles exercebunt, qui iuri uenandi ex immemorabili tempore ita, ut anteà diximus, præſcripſerunt. Cæterùm qui ius uenandi à Cæſaris indulto habent, quoniam utile eis duntaxat dominium in ea uenatione eſt, uti Iacobin. de S. Georg. in ſuo tractat. Feud. in uerb. Et cũ Venationibus. num. 9. ait, utili tantum confeſſoria in rem actione utentur, iuxta notata in. L. 1. §. fin. per gloſſ. ibi, in uerb. prætorio. & per Bart. ff. de ſuperficieb. Aut ſi dolo malo proprietarij ſyluarum in uenationis detrimentum uerſarentur: actionis doli quoque non iniuria fierent rei. L. 1. §. Denique. el. 1. L. Si in meo. ff. de aqua plu. arc. L. Si eo loco. ff. ſi ſer. uend.

Econtrariò uiciſsim ita Principes & Nobiles iure ſuo uenandi uti poſſunt, quò non Tyranni, non homines efferi, ſed humanæ ſortis memores, Chriſtianæ pietatis obſeruatores uideantur. † Quod nempè fecerint, ſi do- 209 minis Syluarum in ea uenandi ſeruitute non immodicè nocuerint: ſi grauiore ſeruitute agros aliorum, quàm eos pati naturæ & æquitatis ratio ſuadeat, non præſſerint. L. Cuius ædificium. ff. de ſeruit. urban. præd. L. 2. §. fin. ibi, ſi tamen non ultra modum noceat &c. ff. de aqua plu. arc.

Nunc uerò poſteaquàm longum per uarios anfractus emenſi
iam fuimus iter, non ab re uidetur, receptui uobis
denique tandem canere. De his igitur ha-
ctenus ad laudem & gloriam
altiſsimi. Amen.

INDEX.

A.

ABſurditatem in omni re uitandam.num. 118.
Accipere uel offerri quid ab uno potius quàm ab alio, noſtra referre. num. 17.
Aequitatem rigori iuris præferri. num. (136.
Agnationem totam iniuria adfici ex ignominia uni agnatorum irrogata. num. 20.
Alexandri Cæſaris laus ſumma.nũ. 1.
Alienationem rerum prohibitam non non pertinere ad alienationes, quæ fiunt ex neceſsitate, ſiuè à ſtatuto, ſiuè à iure communi, aut magiſtratu, uel teſtatore prohibitio ſit.num. 8.
Alienare prohibitus in potentiorem nõ prohibetur in filium potentiorem diſtrahere. num. 14. & quomodo procedat.num. 22.
Alluuionis incrementum an uenditori redimenti fundum ex ui pacti de retrouendendo cedat: aut potius ad emptorem, qui poſsidet, pertineat. num. 127. & num.128.
Argumenta, quibus nec Imperatorem Vaſallo in præiudicium ſubditorum concedere uenationes in Inueſtitura, nec Principes ac Nobiles Germanos iuri uenandi præſcribere potuiſſe contenditur.num. 173.
Aſſentationem nemini magis quàm illi, qui eam recipit, nocere.nũ. 172.

B.

BOnum quemq; credi donec malus appareat.num. 68.
Boues, quibus meus colitur ager, agri mei inſtrumenta, ſicuti ſeruuos colonos, eſſe.num. 199.

C.

CAuſſa rationabilis adimendi uni dominium rerum ſuarum & dandi alteri in ſummo Principe quæ ſit. num. 177. & num.180.
Cauſſa iuſta in ſummo Principe eſt eius uoluntas.num. 180.
Cedi alteri ius competens de iure ſpeciali non poſſe: cum limitatione tamen inſigni.num. 9.
Cedi ius magiſtratui uel alij potentiori contra alium non licere.num. 11.
Cedi ius non poſſe, quod cohæreat dũtaxat perſonæ unius.num. 12.
Cedi pactum de retrouendendo an alteri poſsit.num. 7. uſq; ad nu. 25.26.
Ceſsionarium utiles actiones aduerſus debitorem ſuo nomine mouere. num. 24.
Ceſsionem iurium non poſſe in alterius euidens præiudicium fieri.nũ. 10.
Colono emptoris uenditorem, qui fundum redimit, ex ui pacti de retrouendendo, ſtare oportere.num. 143.
Conditionem poteſtatiuam non tranſire ad hæredes quandò illorum mẽtio non eſt facta in diſpoſitione.nũ. (4.
Conditionem fieri per illas præpoſitiones, ſi, & cum.num. 31.
Confutatio argumenti, quod aduerſus Principum ac Nobilium præſcriptionem inſtitutum fuit.num. 189.
Confutationes argumentorum, quæ contra Cæſaris poteſtatem fuerant conſarcinata.num. 183.
Conſuetudo Iuriſdictionem, Imperium, & poteſtatem tribuit ei, qui prius nõ habuit.num. 175.
Contrarijs non reſpondere conſulendo, notam eſſe inſignem.num. 32.
Contractuum qualitatem diſcerni ex tenui precio aut magno.num. 54.
Creditor oneroſus, ficut debitor delicatus, non eſt tollerandus.num. 79.
Crotum olim inter Germaniæ Nobiles conſuluiſſe, pacto de retrouendendo quandocunq;, nullo tempore præſcribi: ſed eius rationes inefficaces omnes.num. 30.
Cultura agrorum diligenti augetur rerum precium, & minuitur per negligentem.num. 113.

D.

DAmnum uitare & lucra quærere plurimum differunt: & multo iuſtior eſt cauſſa fugientis damnum quàm lucrum affectantis.num. 179.

Datio

Dationem in ſolutum factam pro modica ſumma cum pacto retrouendēdi à ſimulationis ſuſpicione prorſus alienam.num. 69.

Debitorem oneroſum, ſicut nec creditorem delicatum, eſſe tollerandum, & econtra. num. 79.

Debitorem, qui ſine præſtituto tempore ſimpliciter debet, non ſtatim ad ſolutionem præpropere compellendū. num. 108.

Declarata. L. In fundo. ff. de rei uend. num. 126.

Declaratio ad.L.Si fideiuſſor.§.meminiſſe. de leg. 1. contra Modernos Taurinenſ.num. 116.

Declaratio ad Baldum in L.1.C. communia de legat. contra Goziadinū. num. 115.

Declaratio ad Bart.in L. Cū emptor. §. fi.ff de dam.infec.in. L. Nō intelligitur §. Diui.ff.de iure fiſci. & in. L. Titius.la.1 ff.de act. empt. contra Goziadinum.num. 114.

Declaratio ad glo.in.L.2. in uerb.cloacam.ff.de ſeru. ruſtic.præd.nū. 198

Declaratio contra Bart. & communiter ſcribentes ad. L. Nam poſteaquàm.in. §. ſi is qui temporali. ff. de iureiuran.num 141.

Declarata pleniſsimè. L. Qui fundum. la.1.in prin.ff.de contrah. empt. quæ Accurſio perobſcura atq; difficilis uiſa fuit. num. 120.

Declaratio uera.c. Ad noſtram.extra de empt.& uend.num. 61.

Declarata. L.Iniuriarum. in. §.ult.ff. de Iniuri.num. 188.

Declarantur dicta Doctorum in.c. Nō eſt.extra de decimis.num. 187.

Defenditur Alex. aduerſus Bartholomeum Socinum & alios.num. 135.

Delicta in dubio non præſumi. num. (190.

Diem ſolutionis eſſe obligationis partem.num. 121.

Dolum ac fraudem pateſieri ex quan-

Dominus loci habens ius Reipublicæ in loco poteſt ſubditis abſq; illorum conſenſu uenationibus interdicere. num. 181.

Dictiones quælibet etiam minimæ debent in contractibus & reſcriptis aliquid operari.num. 90.

E.

Electionem uni competentem in alterum non transferri. num. 16.

Emptor,qui promiſit rem emptam nemini quàm uenditori diſtrahere,quādo ſit compellendus ad diſtrahendū. num.102.et num.103.uſq; ad nū.110.

Emptor, qui rem reſtituere poteſt,an ex ui pacti de retrouendendo cogatur illam preciſe reddere, aut potius ſoluēdo intereſſe liberetur.num. 71.nū.73. 75.& 78. ubi emptorem preciſe compellendum decernitur.

Emptor,qui tenetur ex pacto retrouendere nemus, an euellere arbores radicitus queat, & ad culturam interim redigere,remiſsiuè. num. 144.

Emptorem & uenditorem eſſe correlatiua, quibus eadem inſit ratio, eadēq; ipſo iure diſpoſitio. num. 110.

Emptorem obligatum retrouēdere, qui fructus immaturos tempore retrouēditionis decerpſit, teneri eo nomine uenditori.num. 141.

Emptio & uenditio ex quibus conſtet, quandoque perfecta habeatur.nū. 82.

Emptionem & uenditionem contrahi ſi alter dicat, uolo hoc uendere pro decem,& reſpondeat alter, uolo id emere tanti.num. 83.

Emptor promittens uenditori, quòd nulli alij, quàm ei, rem comparatam uendere poſsit,tenetur eidem uenditori etiam inuitus uendere: licet Bar. & doctores contra. num. 91.

F.

FActa uerbis, qualitates autem ad-

Fœtus pecoris uenditi cũ pacto retrouẽdendi emptorẽ ſemper lucrari, cũ moderatione tamen, de qua ibi. nũ. 131.
Fœneratores peſsimũ gen⁹ hominũ: ob idq; cõtra eos facilè præſumi. nũ. 66.
Fructus pendentes tempore oblati precij per uenditorem redimentem prædiũ ex ui pacti de retrouendendo, cui et pro quota parte debeantur. nũ. 134. & num. 137. ubi contra ſcribentes difficilis altercatio ut nouè ita æquiſsimè deciditur.
Fructus percepti cum ſumptibus factis quandò ſint compenſandi & quandò non. num. 124.
Fructus immaturos doloſè colligens eo nomine aduerſario ſuo obligatur. nũ. (141.
Fraudẽ & dolum pateſieri ex quantitate precij, quando uerum ſit. nũ. 53. 59.
Futuris bonis renunciare pro modico, homines natura ſũt procliues. nũ. 60.

G.

GErmani Principes & Nobiles prohibent ſyluarum dominos arbores cedere, ne uenatio illis debita deterior fiat. num. 145.
Germanos Principes ac Nobiles inuitis etiam agrorum dominis ingredi aliena prædia uenandi gratia: quin & ab eis hodie dominos prædiorum à uenando in proprijs prædijs paſsim arceri. num. 148.
Genus à quo remouetur, & quælibet generis ſpecies. num. 95.
Goziadini lapſus in explicatione. L. Conſilio. ad fi. ff. de curatorib. furios. num. 84.
Goziadini lapſus inſignis & declarata. L. In fundo. ff. de rei uend. nũ. 126.

H.

HAeredem, qui adire hæreditatem eſt cunctatus, ut pendẽtes fructus non percipiat uſufructuarius, uſufructuario eo nomine de dolo obligari. num. 142.
Homines natura ſunt procliues pro modico præſenti multis renuntiare bonis futuris. num. 60.
Hiſpanienſium quorundam lapſus inſignis, & declarata duo Affricani Vlpiani; prudentum reſponſa in tit. de legat. 1. & tit. de leg. 3. num. 107.

I.

IMperatorem poſſe ex rationabili cauſa contra ius naturale & gentium diſponere, ac rerum dominiũ uni auferre & alteri dare. num. 176. & quomodo procedat. num. 186.
Imperatori poteſtatẽ eſſe, ius unius ſubditi in alterum transferendi. nũ. 171.
In æternum, in perpetuum, & ſimiles dictiones quantũ inuicẽ diſtent. nũ. 34.
Incrementum alluuionis an uenditori redimenti fundum ex ui pacti de retrouendẽdo cedat, aut potius ad emptorem, qui poſsidet, pertineat. num. (127 & num. 128.
Inferioris ſortis homines reuerentiã dignioribus & honorem debere: ad idq; etiam per Iudicis officium cogendos. num. 156. 158.
Ingredi agrũ alterius inuito dño períniquũ eſſe, ac inde iniuriarum oriri actionem. num. 147.
Inſula in flumine nata, quæ fundo uendito cũ pacto retrouendendi acceſsit, an ad uenditorẽ, qui redimit, uel ad emptorẽ, qui reſtituit fundum, pertineat. num. 129. & num. 130.
Intellectus Goziadini argut⁹ ad. L. Vltimam. C. de non num. pecun. parũ tamen ideneus. num. 40.
Intellectus nouus ad hanc. L. 2. C. de pact. inter empt. & uendit. num. (140.
Inſtrumento ſtandum donec contra illud probetur. num. 47.
Intereſt noſtra, ab uno quid accipere potius quàm ab alio. num. 17.
Intereſt noſtra, malum uicinum non habere. num. 50.
Iudicis partes, in diſcernendo emptionẽ ſimulatã in fraudẽ uſurarũ, quales. nũ. 57. & num. 62. 63. 67. 69. 70.
Iudicem uirum bonum locoq; patris litigatoribus eſſe. num. 56.
Iuriſdictionẽ cohærere perſonæ magiſtratus, & cohærere territorio diuerſis reſpectibus. num. 207.
Ius diuinum quando prohibitiuum nõ eſt, nec pœnale, poteſt humana conſtitutione

ſtitutione

 XLIr 578

ſtitutione diſtingui. num. 185.

L.

LEgem ſecundam. C. de pact. inter empt. & uendit. magno conſilio & prudentia latam. num. 2.
Legatione qui funguntur, nō alios regulariter, ac proprios filios poſſe uicarios ſibi conſtituere. Et quis ſit eius rei effectus. num. 15. & 23.

M.

MEliorámẽta & ſumptus utiles aut neceſſarios uenditorem, qui iure pacti de retrouendendo fundum redimit, reſtituere oportere, & quonam tempore æſtimatio ſumptuum facienda ſit, habes num. 123. & 125.
Minorem ſeruire maiori, naturæ ordo eſt in hominibus, in brutis, atq; in rebus etiam inanimatis. num. 160. & (163.
Modicitas precij nō inducat præſumptionem ſimulationis, & fœneratitiæ prauitatis, num. 46. 48. 52. (55. & 57.
Mutuum ſimpliciter contractum non poſſe creditorem ilicò repetere. num. (106.

N.

NAtio infamata præſumptionem contra ſe habet. num. 64.
Niſi, & quàm, dictiones exceptiuę cuius ſint uirtutis. num. 89.
Nobiles & Principes Germanos in præſcriptione uenationis nō niſi bonam fidem habuiſſe cōſtat. nū. 164.
Nobiles & Principes Germanos ita in aliorum ſyluis uenandi cauſa uerſari debere, ut non immodicè noceant, non grauiore ac decet, agros aliorū ſeruitute præmant. num. 209.
Nobilibus & principibus Germanis quæ competant remedia pro tuitione iuris uenandi eis quæſiti. nū. 169.

argumento eſſe, debitorem non teneri ad merum factū, nō ad intereſſe, ſed ad rem ipſam. num. 72.
Obſcuram pactionē nocere potius uenditori quàm emptori, & locatori quàm conductori debere: quomodò accipi id oporteat. num. 98. & 99. 100. (101.
Onus annexum rei uenditæ partē precij cenſeri. num. 80.

P.

PActionē obſcurā nocere potius uēditori quàm emptori & locatori quàm cōductori debere: quomodò id accipi oporteat. nū. 98. 99. 100. 101.
Pactum retrouendendi à temporibus uſq; Veſpaſiani in orbe Romano uſitatum fuiſſe. num. 3.
Pactum de re empta reſtituenda, ad utriuſq; contrahentium hæredes, quorum nulla ſit facta mentio, transſire. num. 6.
Pactum de retrouendendo, ſicuti aliud ſimile onus annexum, cenſeri partē precij. num. 80.
Pactum ut emptor nulli alij, quàm uēditori, rem comparatam uēdere poſſit, obligare emptorem retrouendere uenditori etiam inuitum: licet Bart. & doctores contrà. num. 91
Pactum ut emptor nulli alij, quàm uēditori, rem emptam diſtrahere queat, cur ualeat. num. 87. & 88.
Pacto de retrouendendo quandocunq; nullo tempore præſcribi. num. 33.
Patris perſonam non eſſe eandem cum perſona filij, niſi fictè. num. 21.
Partus ancillarum, quæ uenditæ fuerūt cum pacto retrouendendi, quandò ad uenditorem, qui redimit, quandòue ad emptorē ſpectent. num. 132.
Petere nemo debet, cuius contrarium non eſſet alioquin poſtulaturus. nū. (138.

poteſt, qui ſuperiorem ibi neminem habet: alius non. num. 182.
Pœnæ contra Plebeios Germanos, qui feras capiunt, quales eſſe debeant. num. 192.
Populus, quia eſt ſemper idem in loco & perpetuus, non immeritò inter immobilia connumeratur: non ſic de familijs dicendum, uti Zaſius docuit & non benè. num. 197.
Poſſeſsionem ſeu quaſi poſſeſsionem iuris negatiui acquiri ex prohibitione unius & patiētia alterius. nū. 150.
Poſſeſsionē uel quaſi iuris adfirmatiui ex actu tricies repetito acquiri. num. (152.
Potentioribus pares eſſe non poſſumus. num. 157.
Precij modicitas uel magnitudo qualitatem contractus oſtendit. num. 54.
Precia rerum augeri diligenti cultura & minui negligenti. num. 113.
Precia rerum ſecundum uarietatē temporum uaria eſſe, neq; in diuerſis locis eadem ſemper. num. 112.
Præſcribi iuri adeundæ hæreditatis annis triginta. num. 38.
Præſcribi iuri habenti cauſam continuam decē annis inter præſentes, uiginti inter abſentes: habēti uerò cauſam interpollatā, tanto tēpore, cuius initij memoria non extet. num. 151.
Præſcribi num poſsit pacto de retrouendendo quandocunq; : quòd non, habes. num. 28. & 33.
Præſcribi pacto de retrouendendo, cui ſit inditū iuſiurandū annis triginta cōmuni ſuffragio receptū. num. 39.
Præſcribi ſimplici pacto de retrouendendo annis. 30. num. 37.
Præſcriptioni uim ineſſe traditionis, contractus, & ueritatis. num. 165.
Princeps ſummus non poteſt ius naturale aut gentium abrogare prorſus in genere ſuo: ſed limitare illa, uel addere his, aut detrahere ex cauſa poteſt. num. 186.
Principem ſummū poſſe ex rationabili cauſa contra ius naturale & gentium diſponere, ac rerum dominium uni aufferre, & alteri dare. num. 176.
Principes & Nobiles Germanos in præſcriptione uenationis nō niſi bonam fidem habuiſſe cōſtar. nū. 164.
Principes & Nobiles Germanos ita in aliorū ſyluis uenādi cauſa uerſari debere, ut nō immodicè noceāt. nū. 209
Principibus & Nobilibus Germanis quæ competāt remedia pro tuitione iuris uenandi eis quæſiti. num. 169.
Profiteri aut docere per ſubſtitutum, an & quandò cui ſit integrum; regulariter autem nemini. num. 18.
Prohibitum alienare in potentiorem non prohiberi in filium potentiorem diſtrahere. num. 14.
Et quomodo procedat. num. 22.
Promiſsionem ceſsionis, & ipſam ceſsionem eſſe diuerſa. num. 74.

Q.

QValitatem unius repetitam cenſeri in altero, quod in eadē oratione ſit copulatum. num. 119.
Quàm, & niſi, dictiones exceptiuæ cuius ſint uirtutis. num. 89.
Quæ ſunt meræ ac liberæ facultatis noſtræ nullo æuo amittimus, niſi prohibiti illa facere, patienter acquieuerimus. num. 154.
Quandocunq;, dictionē nullo temporis termino incluſam uideri. num. (35. & 37.
Quandocunq;, dictioni uim repetitionis uſq; in infinitum ineſſe. nū. 36.
Quandocunq;, in perpetuum, & ſimiles dictiones in materia tranſitoria ad hæredes, ſine ullo fine conſtant. num. 35.
Quantitas precij quando fraudem & dolum arguat. num. 53. & 59.

R.

RAtionem dubitandi duplicem in L. 2. C. de pact. inter empt. & uendit. num. 5.
Recuperatione rerū feſtina nimis præcedentē actū infectū reddi. nū. 104.
Regulam, qui haber pro ſe, iure certo niti. num. 26. & 77.
Regulæ, uelut Bononienſi Carocio, donec aliud doceatur, ſtandū. nū. 77.
Repeti commodatum, aut quid aliud intempeſtiuè non poſſe. num. 105.
Repetitam qualitatem unius cenſeri in altero,

INDEX.

altero, quod in adem ſit in oratione copulatum. num. 119.
Repetitas qualitates diſpoſitiõis & uerba in eius oratione uideri.num. 122.
Retrouẽditionẽ ſimpliciter promiſſam abſq; certi precij mentione, quanrò peragi precio oporteat. Et eodem, quo prior celebrata fuit uenditio, faciendã contra Goziadinũ & Taurinenſes deciditur.num. 111. & 117.
Regnare fortunæ munus eſt; obedire multorũ; dominari paucorũ.nũ.161.
Rigori iuris æquitatem præferri. num. (136.
Remedia quæ competant Princip.bus & Nobilibus Germanis pro tuitione iuris uenandi eis quæſiti.nũ. 169.
Reuerentiam, quam inferior ſuperiori debet, iuris quoq; gentium, nec non & diuini eſſe, num. 159.

S.

SEruire in communi uniuerſorum conditione, libertatis eſſe quandã ſpeciem. num. 162.
Seruitutes à iure gentium eſſe.nũ.166.
Seruitutem nõ poſſe conſtitui, quò proprietatis domino re ſua frui non liceat. num. 201.
Seruitutem perſonalem cum perſona finiri. num. 194.
Seruitutem prædialem ad quoſcunq; ſucceſſores etiã ſingulares cum prædio tranſire. num. 205.
Seruitutem prædialem non conſiſtere niſi quatenus exigitur prædij dominatis neceſsitas. num. 203.
Seruitutem prædialẽ non poſſe conſtitui niſi inter uicina prædia nũ. 202.
Seruitutem realem ad uſum utilitatem ue tantum uicinorum prædiorũ eſſe adinuentam. num. 193.
Simulatũm uel uſurarium contractum in dubio non præſumi: ſed inſtruere. Et quo nam tempore æſtimatio ſumptuum facienda ſit.num.123. Et habes num. 125.
Sumptus facti cum fructibus perceptis quãdo ſint compenſandi.num. 124.

T.

TEmpus à lege ubi non eſt expreſſum, iuſdicentis arbitrio intelligi commiſſum. num. 1[illegible]9.
Tempus uenditionis repetitum intelligi in pacto retrouẽdendi ſtatim ſubiecto. num. 139.
Titulum uel cauſam acquiſitæ ſeruitutis pandere non tenetur, qui præſcripſit. num. 167.

V.

VAlet res minus propter onus illi annexum. num. 49.
Valet res minoris propter petulantem uicinum. num. 50.
Valet res minoris, ſi uenditor ſponſorẽ pro euictione non inueniat num. 51.
Valorem rerum augeri cultura diligenti, & minui negligenti num. 113.
Valorem rerum ſecundum uarietatem temporum uarium eſſe, ſicut nec in diuerſis locis eundẽ ſemper eſſe conſtat. num. 112.
Vaſallum ex iuramento fidelitatis non obligari opem ferre domino contra ipſius Vaſalli filium. num. 13.
Vaſallos Principes & alios Nobiles, qui feuda à Cæſare recipiunt, milites ipſius Cæſaris ex feudorum conſuetudine eſſe. num. 178.
Venari & aucupari etiam in loco alieno omnibus iure gentium eſſe permiſſum. num. 146.
Venatio ſi facto domini ſyluæ fiat deterior, qua actione contra illos acturi ſint Germani Principes atq; Nobi-

Venationē Germanicā, quā ſibi Principes ac Nobiles ſoli uſurpant, uel ex preſcriptione, uel ex Summi Principis indulto illis deberi. num. 149. & 153. 154. 155.

Venationis Germanicæ ius præter omniū opinionē, ſeruitutem eſſe à ſyluis plebeiorū iuriſdictioni Principū & Nobiliū debitā. num. 204. & 206.

Venationē in quàmplurimis Germaniç locis eſſe reditus ex maxima parte ſyluarum. num. 200.

Venationem iuris diuini non eſſe: & uenatores in ſacris Biblijs malè ſemper audire. num. 184.

Venationes ſubditis prohibere poteſt, qui habet ius Reipublicæ in loco. num. 181.

Venditio & emptio ex quibus cōſtet quandoue perfecta habeatur. nū. 82.

Venditionem ac emptionē contrahi, ſi alter dicat, uolo hoc uendere pro decem, & reſpondeat alter, uolo id emere tanti. num. 83.

Venditionem aliud eſſe quàm promiſſionem de uendendo, quomodo accipiendū ſit. nū. 85. & anteà nū. 73.

Venditori magis eſſe conſultum, quando promittit emptor, ſe redditurum fundum recepro precio: quàm ſi retrouenditurū ſe ſpondeat. num. 76.

Venditioni factum & lus permixtim ineſſe. num. 81.

Venditionis contractum non præſumi uſurarium propter additum pactum de retrouendendo: & quandò uerū ſit. num. 42. 43. 44. 45.

Venditionē ſimpliciter promiſſam ſeu retrouenditionem abſq; certi precij mentione, quanto peragi precio oporteat. Et eodē, quo prior celebrata fuit uēditio, faciēdā cōtra Goziadinū & Taurinēſes deciditur. nū. 111. 117.

Venditor quando agat contra emptorē actione ex empto propter pactū de retrouendendo. num. 86.

Venditorem, qui fundum redimit ex ui pacti de retrouendendo, colono emptoris ſtare oportere. num. 143.

Verba contrahentium interpretari ſecundum naturam contractus. nū. 29.

Verba cuiuſcunq; diſpoſitionis de actu puro non etiam conditionali intelligenda. num. 96.

Verba diſpoſitionis alicuius ita demum ad ſolā potentiā atq; habilitatē faciendi detorquentur, ſi in recto ſenſu nequeant ad actum uerum & naturalem referri. num. 97.

Verba emere, uendere, & id genus alia actū propriè uendēdi & emendi naturaliter ſignificare. num. 92.

Verba & quælibet dictiones etiam minimæ debent in contractibus & reſcriptis aliquid operari. num. 90.

Verbis facta, aduerbijs qualitates, demonſtrari. num. 93.

Verba ubi conueniunt diſpoſitioni, illic & diſpoſitioni locum fore. num. 94.

Vetuſtatem in ſeruituribus pro iure & cauſa habendam. num. 168.

Vicinus malus eſt cauſa, ut res uicini ſui minoris ualeat. num. 50.

Vniuerſitatē ſui natura recipere incrementum & diminutionem, quin & omnimodam immutationē, retento eodem nihilominus nomine. nū. 133.

Voluntas in ſummo Principe eſt pro cauſa rationabili & iuſta. num. 180.

Vſurarium contractum in dubio non præſumi: ſed inſtrumento ſtandū, donec cōtrarium probetur. num. 47.

Vſurarium uenditionis contractū non præſumi propter additū pactū de retrouendendo, an & quandò uerum ſit. num. 42. & nū. 43. 44.

Vſurarius uenditionis contractus num præſumatur ex ſola precij modicitate. nū. 46. & nū. 48. 52. 55. 57.

Vſus tanti temporis, cuius memoria nō extat in contrarium, habet uim conceſsionis ſummi Principis factæ ex certa ſcientia. num. 191.

Z.

ZAſium nō optimè docuiſſe uideri, quid ſit ius uenandi Germanicum. num. 196.

Deo ſit laus, Amen.

Errores aliquot, qui inter excudendum irrepſerunt.

Fol. 6. uerſ. 37. a. legendum, ſcilicet pro ſz. fol. 7. uerſ. 8. a. legendum, in legatione. fol. 10. uerſ. 32. a. legendum, queuis pro queius. fol. eod. uerſ. 34. a. legendum, fideicommiſſi. fol. 11. uerſ. 7. a. legendũ, communis. fol. eod. uerſ. 18. a. legendũ, uno legato pro uno legata. fol. 12. uerſ. 21. b. legendũ, extraiudicialiter, pro extraiudicaliter, fol. eod. uerſ. 29. b. legendum, fit pro fic. fol. 16. uerſ. 37. a. legendũ. 72. pro 27. fol. 17. uerſ. 2. b. legendum, diſceptatione proponitur, pro ponitur. fol. 18. uerſ. 1. a. legendũ, principaliter, pro principalilter. fol. eod. uerſ. 26. b. legendum, pro emptore, pro emptoe. fol. 19. uerſ. 16. a. legendum, Item, pro idrem. fol. eodem. uerſ. 32. a. legendum, uſusfructus pro uſufructus. fol. eod. uerſ. 42. a. legendum, translatum pro trenslatum. & fol. eod. uerſ. 9. b. legendum, conſtituto pro conſtitutio. fol. 21. uerſ. 34. a. deeſt poſt dictionem, aſſenſu, dicto alicui. fol. eod. uerſ. pen. a. legendum, d. L. Nemo. pro d. L. pacto. fol. eod. uerſ. 7. b. legendum, in preallegata. L. Nemo, pro L. pacto. fol. eod. uerſ. pen. b. legendum, §. qui iniuriarum, pro. §. qui iniuriam. fol. 26. uerſ. 38. b. legendum, ibi pro tibi. fol. 27. uerſ. 22. a. legendum, minus pro nimis. fol. eod. uerſ. 29. b. legendum, expreſſi pro expreſsé. fol. 28. uerſ. 21. b. legendum, fundum, pro ſundum.